R. 9
6/16

Ø 2A
C. 1

# Michaëlis Ferrarii Almenariensis Dialogus, qui Terentiana imitatio inscribitur,

## ad Grammaticos Latinos, Dialecticos, & Rhetoricos futuros admodum utilis.

De la Cassa de Provacion de la Compª de Jesus de S. ... de la libreria.

*Eiuſdem adiectæ ſunt in margine adnotationes quædam ad technologiam autoris Terentij declarandam: ut huius exemplo idem in ſcriptoribus alijs effici poſsit. Obſeruationes autē paulò lōgiores in extremū libri reiecimus marginis anguſtia.*

*Con fide rectè agens.*

VALENTIAE

Ex typographia Ioannis Mey.

1562.

# REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, ET DOMINO D. FRANCISCO A NAVARRA *Valentino Archiepiſcopo Michaël Ferrarius Almenarienſis felicitatem* D. P.

OLIM, Antiſtes optime, terram vnius labij, & eorundem ſermonum eſſe vniuerſam, poſtea tamen linguā reperiri confuſam, ita vt nō audiret quiſque vocem proximi ſui, ſcio, perlegeris: inde etiam tot, tantasq́; linguas manſiſſe, quibus percunctas huius orbis regiones populum ſparſum, & diuiſum fuiſſe, non ignorâris. Verùm ex tanta linguarum varietate, Hæbream, Græcam atque Latinā præter cæteras ſemper maiori in pretio haberi, celebrariq́; plurimū, tanquam ſpecimen quoddam virtutis, antiquorum monumentis conſtat. Sed La-

tina multis abhinc annorũ ſeculis, vbi populus, & vrbes præclariſsimè ſtabãt, hacq́; viuebant, vbi Oratores, & Poëtæ, & Hiſtorici prouincias bonis diſciplinis hac eadem lingua incluſis, quaſi animo in hoc corporis ergaſtulo, feliciter tenebant, communi popularium, optimatumq́; vſu floruit maximè, floretq́; in arte nunc magis populo Latino perempto, florebitq́; tandem in poſterum clarorum virorum labore ſummo: ſi veſtra tamen omniũ ope, atque autoritate (quæ maxima certè eſt, & ad bonas ſingularis literas alendas) freti ſint. Semiſepultæ enim duæ illæ iacent: quarum ciuitas nulla eſt prioribus ſimilis, nulla ferè ars, niſi rudis & incognita multis. Aduenæ namque ſunt, & peregrinæ. An quia Latinis verbis ſcientiæ omnis omnis theſaurus his eſt tẽporibus reconditus?

tus? Nemo negabit. Quare tantò magis viget nunc hęc noſtra Latina, imò vero, ô Præſul ſanctiſsime, quantum viburna cupreſsi, caput ferre, & vigere debet, ac tuo iuſſu reuiuiſcere, quātò cæteræ aliæ langueſcunt ſenſim, atque extinguuntur. Quam obrem, vt intelligas me ex eorum numero eſſe, qui tantum oneris ſuſtinere tentarunt, & tantum ærarium quotidiè expolire, volui iam omnibus hoc idem prōptuarium fieri, quò puſio, vt gigas illud poſſet pertingere. Atque huic equidē prōptuario, ad quod quiſq; promptus & paratus eſt citiùs, in quo ſumma familiaritate & conſuetudine Publius Terentius Afer orationem puram (quæ doctrinarū omniū, quas nos homines omnes ſcire deſideramus, & vehemēter ſectamur, ſolet eſſe interpres) ſcriptam reliquit, dignitas tua fau

 trix

trix, adiutrixq́; ſit, etiam atque etiam te rogo. Vale ex domo tua inclyta, Valentiæ quarto idus Februarias. 1562.

## MICHAELIS FERRARII ALMENARIENSIS PHILOSOPHIAE candidati in dialogum Terentianæ imitationis præfatio ad lectorem.

*Quoniam nihil in hac rerum natura inueniri perſpicimus, quod magis homines ad ſe alliciat attrahatq́, quàm ipſa morum ſimilitudo, quæ tum in geſtu, habituq́ corporis, tum etiam in quotidianis congreſſibus, ac maximè verbo, linguàue ſpectatur: hinc planè fit, vt eos potiſſimum nobis expetamus, eligamuſq́, quos plurimum diligere poſſimus, vt his tandem pares, aut ſimiles efficiamur. Ita video pleriſq́ viris clariſſimis vſui eſſe, vt eos autores inſectentur ſummis (quod*

*(quod aiũt) conatibus, ex quibus facilè quidem orationem puram poßint decerpere, & tractare, atq; nõ rarò in Ciceronianas phraſes, formulaſq́; mirabili artificio & induſtria penè ſingulari incidere. Quam operã multi ſumpſerunt his annis proximis, vel ſaltem tentare auſi ſunt: cuiuſmodi Sadoletus, Eraſm. Roterodamus, Viues Valentinus, Ioachimus Perionius, & alij multi lapſis tẽporibus, noſtris etiam nonnulli. Quorum maxima autoritate mihi libenter perſuaſi in noſtris ſtudijs eandem adhibere curam, & ad illorum imitationem memet attemperare. Sic feci, vt libentiùs adoleſcentes in Latinæ linguæ exercitatione ſeipſos aſſuefacerent, Ciceronis formulas paucis epiſtolis complexus ſum. Quæ quidem literæ indicant apertè, quibus verbis, qua oratione & quàm varia, quo ornatu M. T. Cicero in*

*familiares ſuos commendando, conſolando, monendo, perſuadendo, quibus etiam in negotijs & cauſis deſcribendis, in neceſſarijs item reſpōdendo, & gratulando: quibus deniq; in quouis epiſtolarum genere vſus ſit. At dices: quorſum iſthæc? Ut verè pernoſcas, qui Latinitatis eris ſtudioſus, & Terentianæ præſertim (quæ profectò cōmunis & peruulgata eſt, & familiaris quotidianæ linguæ Latinæ, vt idem Cicero, quē nos tantopere imitari conamur, rectè affirmat) & breuius orationis floſculos, & ſententias quaſq; dicta ſapienter, quidquid demū molumenti aut fructus in Latinis verbis Terentij excogitari, & animaduerti potuit, quid quoq; in bonis moribus amplectendum, quidq; in malis fugiendum videatur. Hæc, inquam, omnia ſelecta à nobis (ne tot ſeculis temporum idem ſaxum voluas, nèue fragmenta*

menta tantum ex integris Terentij Comœdijs à varijs interpretibus nunc hîc, nunc illic coactus ſis audire) purè & caſtè, ac verbũ de verbo expreſſum æquo animo accipies: vt tam in arte Grammatica ad verba facienda, quàm in Dialectica, & Rhetorica ad artificium exercendum & eruendum, non iam totum Terentianum volumen amplius deſideres: niſi velis (vti dixi) in loquẽdi arte diutiùs, vt fabulas omnibus numeris abſolutas cõtempleris, commorari. Sed vt in Catone maiore fecit Cicero, qui induxit ſenem diſputantem, quæ nulla videbatur aptior perſona, quæ de illa ætate loqueretur, quàm eius, qui & diutiſſimè ſenex fuiſſet, & in ipſa ſenectute præ cæteris floruiſſet: ſic quũ accepiſſemus à patribus noſtris maximè memorabilem Latini linguam in Terentio conſeruatam, Latini perſona viſa eſt

idonea fuiſſe, quæ de Latinitate Terentij diſſereret. Itaq; ipſe mea legẽs ſic afficior interdum, vt Terentium Latinum, non me loqui exiſtimem. Tum locutus eſt Terẽtius, quo erat nemo ferè eloquentior temporibus illis, nemo prudentior: nunc Latinus & ſapiens (ſic enim eſt habitus) & Latinitatis gloria excellens, de Latinitate loquitur: Tu velim à me animum parũper auertas, Terentium loqui ipſum putes. Hiſpanus ad Latinum venit, à quo ſermo oritur, reſpondet Hiſpanus.

## ARGVMENTVM
### ſiue Periocha eiuſdem autoris.

PRopoſitum nobis eſt in hoc Dialogo linguam Latinam ex ſex nempe Terentij Comœdijs honeſtæ iuuentuti paucioribus tradere. Hoc vt fieret, hæc res ſola viſa eſt remedio. Genere perſuadendi Philoſophiã, quæ de moribus agit, eandem pro argumento maxima huius operis partis retinuimus, impudica verò, quaſi feneſtram ad nequitiam, reliquimus, ac ſilentio prætermiſſimus, ut ſimul honeſtum cum vtili doceretur. Verùm id ipſum prima (vt dicitur) facie ignotum erat: aliud igitur argumentum, aliàque occaſio excogitari debuit, quò ſenſim ad maximum & potiſſimum

argum

argumentum meritò veniendum eſſet, & tanquam res alia ageretur, in id
oratio ſlueret. Cùm ergo huic libro finis propoſitus eſſet exercitatio ſermo-
nis Latini, optimo iure quæſita eſt quæſtio de ratione ſtudij, id eſt, qua via
eſſet tenenda, quidúe præſtandum in hac vita, vt hanc linguam, aliàſque
artes perdiſcamus. Hoc autem inſtitutum ſic agitatum fuit, vt priùs tra-
ctaretur, cur ſæpe lingua Romana multis eſt ignota, nec intra annos mul-
tos ab eis diſci poteſt. Quare primùm exiſtit, & proponitur quæſtio de tem
pore, quod in re literaria conſummi ſolet: deinde hinc ſumpta reſponſione,
cauſas numerari videbis tanti incommodi: quibus diſpendij cauſis enume-
ratis & cognitis, partim per Latinum indicatis, partim verò per Hiſpa-
num, is iſdem Hiſpanus ſimilia incommoda dicit ſibi eueniſſe exemplo ſui
præceptoris, quem olim habuerat hac in arte, conquerénſque de eo, & ex-
poſtulans maximè, & grauiter diſcipulorum amore. Vbi peccata tam pro-
feſſorum, quàm auditorum oſtenduntur. Vbi etiam magiſtrum bene præce-
piſſe, diſcipulum verò parùm obtemperaſſe, aduertes. Ex quibus arrepta
occaſione, Hiſpanus petit, quantum poteſt, vt quoniam hactenus nunquam
Latina potuerat intelligere, liceat ſibi ea diſcere à Latino. Quod opus cùm
videretur magnum, vtitur ipſe Latinus exordio ad futuram diſputatio-
nem. Quo perfecto, antequam Latinus proponat quod Hiſpano fuerat polli-
citus, eum conſolatur, inſtruitque ad diſcendam Latinam linguam Quam
obrem hic dialogus in quatuor partes more Oratorum diuidetur, in proœ-
mium nempe, narrationem, amplificationem ſiue confirmationem, & pero-
rationem. Proœmium autem continet prologum huius operis, & occaſionem
prologi: in quo quinque præſtantur, primum, quod ſit inſtitutũ huius libri:
ſecundum, qua de cauſa tale fuerit inſtitutum: tertium, commendatur opus,
vnde beneuolentia captatur: quartum, Poeta Terentius defenditur, atque
eius ſcriptura: quintum, huius dialogi autor à maleuolorũ telis & iniurijs
liberatur. In narratione præterea initio ſumpto ex his, quæ in proœmio reci
tata ſunt, viuendi modus præſcribitur, tum materia tractãdæ diſputationi
diſponitur, vbi ſenis & heri, filij, ſerui, vxoris & ancillæ fit mentio. Ter-
tia autem pars dilatatur in rationem gubernandi familiam: ſic priùs ſcri-
ptum eſt de parentibus, qui, & quales in filios debeãt eſſe, item filij in ſuos
parentes: tertiò de more ſeruorũ: quartò agitur de coniuge in maritum: po-
ſtremò oſtenditur quàm iniquæ ſint meretrices, de ijs ſeparatim agente au-

tore

tore, de quibus antea dictũ fuerat, ſed per tranſennã. In his itaque probi & improbi mores qui ſint, facilè mõſtratur. Ad extremũ epilogus eorum quæ prætermiſſa erãt aliquantulum, & quorum facta fuerant declaratio, vices gerit.

Michaële

# MICHAELE FERRARIO ALMENARIENSI AVTORE Dialogus.

## Terentiana imitatio.

LATINVS. HISPANVS.

QVamdiù te maceraſti, Hiſpane, in ſermone noſtro Latino? HIS. Quatuor annos, 2 adhucq; mea uita eſt in dubio. LA. Quid? Vbi dubites, quid ſumas potiſsimùm? 3 Nunquid cœna dubia apponitur? Nõ equidẽ noſtrates Dionyſia ſæpiſsimè agitant, ut eorũ animus ſemper ſit in patinis. Etſi enim monetur ex noſtris quiſquam ad cœnam, ut ueniat, non ſit. 4 More tamen Epicureo prandium nunquam corrumperetur, ſi odioſe ceſſaret, nec ſibi proſpiceret. 5 Quod benè Terentianus Syrus, ſibi indulgens genio exercebat, ut dignus erat, ſenem ſilicernium. dum illi inteſtina præ fame 6 rugirent, annuit domum abiens, & ait. Vnũquidq;, quod quidem erit belliſsimum, carpam, & 7 cyathos ſor[illegible]ans, paulatim hunc producã diem. Cui hercle uer[illegible] [illegible]c uerbũ eſt: 8 Sine Cerere & Libero friget V[illegible]nus. Neq; uidet quod ille ruſticus adoleſcẽs dicit admiratus: [illegible] at, data hercle uerba mihi ſunt: uicit uinu quod [illegible] 10 At dum accubabam, quàm uidebar mihi eſſe pulchrè ſobrius: gritu-

A queſtione vulgari, qua inter Grãmaticos frequenter fit, exorditur.

2. Prouerbiũ.

3. Prolepſes.

4. A diſſentaneis.

5. Ab exemplo.

6. Metapho. à leone.

7. Meton. 3. modi.

8. Prouerbiũ per Meto. primi modi.

9. Ab effectiv.

10. A diſsentaneis.

11 [illegible]

ſolut[illegible]a

[illegible]yperbole ab adiũctis. 15. Alia Hiſp.

[illegible]bitã[illegible] qui deambulantibus in calceos inci-

postquam ſurrexi neq; pes, neq; mens ſatis ſuũ officium facit. 1 Sed noſtri pleriq; faciunt adoleſcentuli omnes, 2 ut animum ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos alere, aut canes ad uenandum, aut ad Philoſophos. Horũ hi nihil egregiè præter cætera ſtudent: & tamen omnia hæc mediocriter. 3 Quia arbitramur adprimè in uita eſſe utile, ut 4 Ne quid nimis. HIS. 5 Alias res agis. Nam non rogo, an ueſtri impediantur tot meretricum curis, ut eorum animos diuerſè trahant: nec, an in eis periculum fiat, exerceant ſe in literis, an in muſicis, an in palæſtra: & ſcire ea, quæ æquum eſt adoleſcentem ſolertem ſcire. 6 Quin tu paucis da, ſi tibi cõmodum uidebitur, quamobrem tua tot annos Grãmatica me detinuit, neq; ullũ inueni exitũ. 7 Ad eã enim inſolens ueni: 8 perreptaui totum Latinũ ſermonem, ad imitationem autorũ, ad compoſitionem illius, ad ſcriptorum frequẽtem lectionem: quò nõ? 9 Itaq; rem acu attingere nõ potui. 10 Quid id das conſilij? Quidquam certi reſponde mihi. Et te oro porrò in hac re adiutor ſis mihi. Te ſolum habemus, 11 tu es patronus, tu parens. 12 Si deſeris tu, perimus. 13 At te ueni, ſpem, ſalutem, auxilium, conſiliũ expetens. LAT. 14 Fortaſſe dum ætas, metus, magiſter prohibebant, animum ad literas applicaſti. 15 Nam poſtquam ex ephebis exceßiſti, Hiſpane, liberiùs uiuendi fuit poteſtas: & ita, ut ingeniũ eſt omnium hominum à labore procliue ad libidinem, nulla eſt tunc tam facilis res, quin difficilis ſit, quã

muitus

*1. Reſponſio prolepſis.*
*2. Ab effectis.*
*3. Ab autori.*
*4. Prouerbiũ.*
*5. Dicit Hiſp. ſibi nõ eſſe aptè reſpõſum, & repetit aliter verba Latini.*
*6. Hoc ergo eſt inſtitutum Hiſpani.*
*7. Probat Hiſpa. ſe non po potuiſſe Latinũ ſermonem intelligere intra tot annos, à ſubiecto.*
*8 Ab effectis, quia ignorabat Hiſpanus præcepta.*
*9. Concluſio elogio facta- cta per Metapho. ducto.*
*10. Hiſp. inſtitutum varijs modis repetitum: quod prius cõfirmatur à cau. abſolu.*
*11. Anaph- Syllo[...]*

*adiuuãtibus. 14. Reddit cauſas, ob [...]as*
*[...]. 15. Tres ſententie admiral[...]*

inuitus facias:[1] contrà tamen, ſi uis, nihil tam difficile, quin quærendo inueſtigari poßit. [2] Quòd ne quis tuarum rerum initiũ ullum inuenire idoneũ, unde exordiaris narrare, & diſcere [3] quæ nec opinanti accidunt, partim quæ perſpexiſti ipſis oculis, partim quæ accepiſti auribus, qua te propter [4] exanimatum citiùs eduxiſti foras de lingua Latina. [5] Habebas bonorum exemplum, quo exẽplo tibi licere id facere, quod illi fecerunt putaras. [6] Quia ignoſcemus quæ ueteres factitarunt, ſi faciant noui. [7] Habebas domi unde diſceres, præceptorũ eras plenus: [8] nihil prætermittere, teipſum conſuefacere: [9] deniq; inſpicere tanquam in ſpeculum uitas omnium iubeo: atq; ita ex alijs ſumere exemplum tibi, quod ex uſu ſiet. [10] Nunquam tamẽ ita quiſquam benè ſubducta ratione ad uitam fit, quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet noui, aliquid moneat: ut illa, quæ te ſcire credas, neſcias, & quæ tibi putaris prima in experiundo repudies. [11] Quod mihi etiam euenit. [12] Omnem rem modò tibi, quo pacto ſe haberet, enarrauimus ordine. Quid uerbis opus eſt? HI. [13] Nihil ſuprà [14] Ita dij me ament uix ſum compos mei præ gaudio geſtiens mirando hoc tãto, tam repentino bono. [15] Atq; hic mihi etiam reſtat [16] ſcrupulus, qui me malè habet, quòd ipſe Poëta exclamat de uia protrita. [17] Dij ueſtram fidẽ, itan' comparatam eſſe hominum naturam omnium, aliena meliùs ut uideant & iudicent, quàm ſua? [18] An eò fit, quia in re noſtra, aut nimio gaudio, aut æ-

gritu-

1. Hæc cõtraria ſuperioribus ſententia literarum ſtudia cõſeruat.
2. Repetitio dubitationis, & propoſitionis Hiſpa.
3. Diuiſio cõprehendendi aliquid, ducta à cauſis.
4. Metapho. à rebus clauſis.
5. Ratio diſcendi.
6. Lat. probat hanc eſſe optimam diſcendi rationem argu. à maiori.
7. Ab adiun.
8. Ab effectis.
9. Allegoria.
10. Prolepſis, quę ſingulari ſententia hic fuit inſerta.
11. Superiorem prolepſim ſuo ipſius exemplo illuſtrat.
12. Tranſitio ſolutæ dubitationis Hiſpani. 13. A diſſentaneis. 14. Hyperbole ab adiũctis. 15. Alia Hiſp. dubitatio. 16. Metaphora à lapillulis, qui deambulantibus in calceos inci-

1. *Ab exemplo: unde ſumpta occaſione Hiſpa. digreditur ad laudes. La. cōmemorandas à diſſentaneis.*
2. *Prolepſis.*
3. *Sinecdocha.*
4. *Addubita.*
5. *Aſſumptio à ſubiectis.*
6. *Solutio queſtionis ab Hi. poſite dicit eſſe Lat. in dubio illius.*
7. *Paraſceue.*
8. *Narratio tripertita.*
9. *Prima pars narrationis.*
10. *Deſcriptio*
11. *Anaphora*
12. *Proſopop. ab effectis.*
13 *Auxeſis à ſubiecto & ad iuncto.*
14. *Metapho. à cauſis adiuuantibus, à ſi.*
15. *A diſſen.*
16. *Proſop. cōtinuata.*

*gritudine aliqua ſumus præpediti?* 1 Tu mihi quāto nunc plus ſapis, quàm egomet mihi? Quid ego te laudem? *Satis certò ſcio nunquam ita magnificè quidquam dicam, id uirtus quin ſuperet tua.* 2 Ab uereor coràm in 3 os te laudare amplius, ne id aſſentandi magis, quàm quòd habeam gratū facere exiſtimes. LAT. Age, *quaſi nunc non norimus inter nos.* 4 *Sed hoc mihi dolet, nos penè ſerò ſciſſe, & penè in eum locum rediſſe, ut ſi omnes cuperent, nihil tibi poßet auxiliarier.* 5 Natus enim es triginta annos, aut plus eò, ut coniicio. 6 Nā quod quæris, ipſemet rectè declarat. 7 *Sed ſi quid eſt, quod mea opera opus ſit tibi, aut tu plus uides, manebo: ne quod tuum remorer commodum.* HIS. Adeſdū paucis te uolo. LAT. Quid eſt quod tibi mea ars efficere hoc poßit amplius? Expecto quid uelis, & uno uerbo dic quid eſt, quod me uelis. HIS. 8 Rem omnem à principio audies, eo pacto & ſtudij rationem meam cognoſces, & conſilium meū, & quid in hac re te uelim facere. 9 Amicus itaq; iā inde à puero tribulis noſter 10 Hegio, homo antiqua uirtute & fide me introduxit ad ſe, 11 unà à pueris paruoli ſumus educati: unà militiæ, & domi fuimus: paupertatē unà pertulimus grauē. 12 Quapropter nitar (dixit) faciam, 13 experiar, hoc etiā tibi pro ſeruitio debeo, conari 14 manibus, pedibusq;, noctesq;, & dies capitis periculum adire dum proſim tibi: 15 deniq; omnia relinquā potiùs, quàm te deſerā. 16 Vin' tu homini ſtulto auſcultare? Inquit: Volo,

Volo, inquã 1 Exerce te iјs ſtudiјs, quæ hominẽ liberalem decent. Ego uerò lubens feci, ſic ut & uitã meam perdidi, & ſeculum omne hoc 2 contriui. 3 Quotidie eandem cantilenam canebam. Reſpondi demum ei: Satis diu hoc idem ſaxũ uoluo. Sto ſpectãs, ſi quid mihi imperet. 4 Heus tu, inquit, Hiſpane, cape fabulam hãc, & uerbum de uerbo expreſſũ transferas. Accipio triſtis: 5 quòd amicùm ingenio eram fretus, haud natura mea. Putabam mihi illud fore 6 palmarium, ut 7 pernoſcerẽ quid ſibi oratio Latina uelit. Et tantundem egi: 8 imò laterem (quod aiunt) lauare. Rurſum incipit. 9 Deceptus ſum, at non defatigatus. 10 Hac nõ ſucceſſit, alia agrediamur uia. 11 Putaui tũ ipſe ſe & ætate, & beneuolentia plus ſcire, & prouidere, quàm meipſum mihi. 12 Poſtremò adeò res rediјt adoleſcentulus ego ſæpe eadem, & grauiter audiendo 13 uictus ſum. Tunc temporis re ipſa ſum expertus. 14 illũ (ut dicunt) Toto cœlo aberrare. Vide (& me cum deputo) amice (loquor) 15 Tota erras uia: ad rem redi. 16. Sequere hac dicit. Paruipẽdo iuſſum eo in loco. Abeo. Reuocat. Redeam? Non, ſi me obſecret. 17 Sectari iuſſit, dicens. 18 Hoc nouum eſt aucupium: ego adeò hanc primus inueni uiam dicendi. 19 Omnia habeo amicorum cauſa: nec quicquã habeo, niſi cum illis cõmunia omnia. 20 Nihil cùm eſt, nihil deſit tamen. 21 Sic tu: negat quis, nego: ait, aio. 22 Non quidem aſſentandi gratia, 23 quẽadmodum Gnathonicus, qui, quidquid dicunt, laudat:

*1 Propoſitio Hegionis.*
*2. Metapho.*
*3. Duo prouerbia quibus confirmatur. H. non prodeſſe.*
*4. Proſopopœia, qua pergit narrare, quæ Hegio docebat.*
*5. A cauſis adiuuan.*
*6. Met. à bello.*
*7. A fine.*
*8. Alia duo prouerbia, illud ſuperius concludentia.*
*9. Proſopopœia.*
*10. Cõmunis ſententia.*
*11. Prolep. à ſubiecto, & adiũcto.*
*12. Cõcluſio: quę poſtremo argum. oſtenditur ab adiuuãtibus cauſis.*
*13. Metaph. à militantibus.*
*14. Adagiũ per Metapho.*
*15. Adagiũ variè expreſſum.*
*16. Proſopopœia: & dialogiſmus.*
*17. Concluſio.*

*18. Aſſumptio. 19. Symploce, 20 A diſſentaneis. 21. A comparatis. 22. Prolepſis 23. Inepta vita aſſentatorum literis.*

1. *Apta quidem his in omnibus æquitas.*
2. *Elogium.*
3. *Zeuma.*
4. *Ad hoc elogiũ confirmandum. 3. argumenta addũtur ab effectis.*
5. *Poſtremũ confirmat à diſsimili.*
6. *Metaphora à teneb.*
7. *Argumentum à minori ad maius.*
8. *Ab adiunctis.*
9. *Metonymia.*
10. *Præteritio.*
11. *Ab adiunctis.*
12. *Eclipſis.*
13. *Metapho. ab odoratu.*
14. *Ironicè.*
15. *Conſultatio.*
16. *Metapho. ab anulis ianuarum.*
17. *Proſopopæia.*
18. *Admonet L. ſinem eſſe faciendũ: cõſolaturque Hi. intelligens hunc cruciari: idque ſyllo. hypo. ab effectis & ad incommodum.*

*laudat: id rurſum ſi negant, negat: 1 ſed cũ iis unà ſeſe dare: eorum obſequi ſtudiis: aduerſus nemini: nunquam præponens ſe illis: ita, ut facillimè ſine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Namq; hoc tempore 2 Obſequium amicos, & ueritas odium 3 parit. 4 Idcirco facilè omnes te perferre ac pati poterunt. Sicq; ſapienter uitam inſtitueris. Conſectaberisq; quos hic noſter autores habet. 5 Quorum æmulari exoptat negligentiam, potius quàm iſtorum 6 obſcuram diligentiam. 7 Et qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi, neque commouetur tamen animus in ea re, ſcias poſſe habere iam ipſum ſuæ uitæ modum. 8 Cùm id mihi placebat, tum uno 9 ore omnes omnia bona dicebant mea, & laudabant fortunas meas: qui inſtitutorem haberem tali ingenio præditũ. 10 Quid multis moror? 11 Hac fama impulſi quamplures ad eum ueniebant, ut ab eo diſcerent. 12 Sed egomet continuó mecum, de illo uerbum nullum. 13 Suboluit. Dictum puta, inquit: in memoria habeo. 14 Credo. 15 Tum ſic cogitabam: dictum, & factum inuenerit, quamobrem quod ad me pertinet, protrahat aliquot dies. 26 Perculſit illico animũ ſe iſthuc iturum, quò ſuſpicabar. Inſtabam factũ. 17 Quid agis, inquit? cur te is perditum? Qui poſtquam hoc à me audiuit, nunquam cuiquã noſtrum uerbum fecit.* LATI. *18 Quàm timeo quorſum euadas. Quæſo ædepol, quoniam id, quod uis, fieri non poteſt, uelis id, quod poſsit.*

HIS. 1 Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. 2 Facilè enim omnes cùm ualemus, recta conſilia ægrotis damus. 3 Omnia experiri certum eſt prius, quàm iſta inſcitia craſſa pereo. Repudio ergo conſilium, quod primùm 4 intenderã. 5 Id propterea te obteſtor per patrem Romulum, perq; ſocerum tuũ, ſi te in germani fratris dilexi loco, me adiuues in hac re. LA. 6 Suadere noli. HI. Vel me monere hoc, uel percontari puta. Ex ea re quid fiat, uide. 7 Nam quantum intelligo, 8 nuſquam tuta fides: quòd nulla in re ſit homini cuiquam fides. Omnes ſibi melius eſſe malunt, quàm alteri, quia proximus ſum egomet mihi. 9 Potin' es mihi uerum dicere? LA. Nihil facilius. HIS. Iſtam tecum rem recta reputabis uia. Nec clam te eſt, quàm mihi illæ utræq; res & ad diſciplinam conſequendam, & ad tutandam rem ſient. 10 Et quod dicendum hic ſiet, ille quoque perparcè nimium: non laudo. 11. Nam ſi hic mali eſt quicquam, hem illic hic eſt rei 12 caput. 13 Quod igitur remedium huic malo inueniã? 14 Nunc enim meo periculo fit, 15 ipſe in portu nauigat. 16 Non impulit me, hæc nunc omnino ut crederem. 17 Neque poſtulem abs te, niſi ipſa res moneat. 18 Si in rem eſt utriq; ut fiat, non recuſo: ſed ſi ex ea re plus mali eſt, quã commodi, utrique id oro te, in commune ut conſulas: quaſi hoc tuum ſit, tuuſque ſim diſcipulus. LA.



1. *Argumentum ab adiunctis.*
2. *Sententia memoriæ digna: & eſt propoſitio.*
3. *Secunda pars narrationis, quod ſit conſilium. Hiſ.*
4. *Metapho.*
5. *Deprecatio, quæ continet tertiam partem narrationis.*
6. *Honeſta ut cõmendentur multis uerbis non indigent.*
7. *Prolepſis.*
8. *Mira in his ſententijs varietas.*
9. *H. Petit ut ſibi in quæſtione uerũ reſpondeatur, & citò: quod ut fiat confirmat à fine.*
10. *Apoſtrophe ad Hegionem Hiſpani magiſtrum.*
11. *A cauſa adiuuante propoſitio ſillo Hypo.*
12. *Metapho.*
13. *Repetitio quæſtionis. H.*
14. *Adiſſentaneis*
15. *Prouerbium.*
16. *Obiectio.* 17. *Prolepſis.* 18. *Syllogiſmus hypo. affirmans & alius negans.*

1. Exclamatio.
2. Syllo. etiã Hypo. concedit ſe facturum.
3. Meta. à ianuis.
4. Boni animi eſt referre gratias.
5. Crebra Apoſtro.
6. Conſectaria & incommoda ab illo magiſtro.
7. Ad inſtitutum ſuum redit.
8. Lat. pollicetur ſe dicturum quod uult. Hiſp. ſi attentè audierit.
9. Captat beneuolentiã à cauſis.
10. A diſſentaneis
11. Ab adiunctis, & effectis.
12. H. ſolicitus de latina lingua: nã difficiliaq; pulchra
13. Adagiũ Met. ſumptũ ex nautis
14. Perſuaſoria oratio.
15. Epanorthoſis.
16. Metaphora à Fabro Ferrario.
17. Elogiũ à mortuis.
18. Prolepſis, Ad incommodum.
19. Optatio.

1 Quis tam potens cum tanto munere hoc? 2 Verum ſi iſthuc animũ induxti eſſe utile, nolo ullũ cõmodum in me 3 claudi. Per me nulla eſt mora: dabo operam. HI. 4 Meritò te ſemper maximi feci Latine. 5 Atq; hoc confiteor iure obtigiſſe: quãdoquidem tam iners, tam nulli conſilij ſum. 6 Ergo pretium ob ſtultitiam fero: ſed inultum id nunquam auferet. 7 Nunc opus eſt tua mihi ad hanc rem exprompta memoria, atq; induſtria. LA. 8 Hoc ego tibi profectò effectum reddam. HIS. Iam opus eſt. LA. Tu igitur, ut ſubſeruias orationi, utcunq; opus ſit uerbis, uide. 9 Nec paululùm intereſſe, cẽſeas, ex animo omnia, ut fert natura, facias, an de induſtria. 10 Nos enim loquimur, ut quimus, quando ut uolumus, non licet. 11 Satis pericli cœpi adire, dum ſtudeo dicendi generi, penè illuſi uitam meam. HI. 12 Quàm maximè abs te poſtulo, atq; oro, ut beneficium uerbis initum, nunc re comprobes. LA. Orãdi iam finem face. 13 Omnis res eſt iam in uado. HI. Proin' tu dum eſt tempus etiã, atq; etiã cogit. a 14 Puto ſum apud te primus. Nemo enim eſt meorum æqualium, quem mallem, quàm te. Et cùm id quæro, oportunè factus es mihi obuiam: 15 imò ut uera prædicem, in tempore uenisti. LA. Nunquid uis aliud? 16 Obtundis, tametſi intelligo. Deſine, 17 Iam conclamatũ eſt. Atq; hac re arbitror id poſſe fieri maximè: 18 Veruntamen potiùs, quàm te inimicum habeam, faciam ut iuſſeris. HI. 19 Vtinam iſthuc uerbũ

ex ani

ex animo, ac ueré diceres. LA. 1 Si tibi eſt cordi, id mihi da negotij.

2 Adeſto æquo animo, & rem cognoſce, & cũ ſilentio animaduerte, quæ acturus ſum. Primùm enim dicã cur nouas Comœdias ſumpſerim trãſferendum, quæ ſunt Poëtæ Terentij: deinde quod quæris eloquar. 3 Ex integris comœdijs Poëtæ Latini integrum librum hodie ſum ſcripturus, Terẽtianam dialogo imitationem. 4 Quamobrem has partes didiſcerim, paucis dabo. Oratorem uoluit eſſe me pater, non prologum. 5 In his autem fabulis eſt pura oratio. Experimini in utranq; partem ingenium quid poſsit Poëtæ. 6 Magnus ille Cicero totius eloquentiæ parens, non alium quàm ſibi familiarem Terentium nominat: quod eius ueſtigia ſatis declarant. 7 At ego homuntio hoc nõ facerem? 8 Ego uerò lubens feci. 9 Ex eo ergo, qui orationem hanc ſcripſit, quam dicturus ſum, fuiſſe ablata omnia, 10 ni partem maximam exiſtimarem ſcire ueſtrum, id dicerem, & in medio huic 11 palmam fuiſſe poſitam, 12 qui fabulas haud tenui oratione, & ſcriptura minimè 13 leui ſcripſerit, 14 in ore eſt omni populo. 15 Tum ſi quis eſt, qui ſentiat ſcripturam ſuam ab iniquis obſeruari, & aduerſarios rapere in peiorem partem, quàm acturi ſumus: indicio de ſe ipſe erit: 16 uos eritis iudices, laudíne, an uitio duci factum oporteat. Poëta enim cùm primùm animum ad ſcribendum appulit, id ſibi negotij credidit ſolùm da-

1. *Syllo. Hypo.*
2. *Latin. utitur exordio, in quo primũ facit. Hi. attentũ: deinde duo proponit explicanda.*
3. *Prima redditio.*
4. *Secũ. redditio*
5. *Tertiũ, quod fit ĩ hoc proœmio captari beneuolentiam ab adiũctis: à cauſis efficientibus.*
6. *Ab autoritate: Prolepſis.*
7. *A maio. ad mi.*
8. *Concluſio.*
9. *A cauſa effici.*
10. *Obiectio per fecta ſyllo. hypo.*
11. *Metaphora à bello.*
12. *Ab effectis, & adiunctis.*
13. *Meta. à uito*
14. *Prouer. per Meto. I. modi.*
15. *Quartum quod præſtat. L. eſt defendere Terentiũ: ab effectis*
16. *A teſtimonijs.*

ri, 1 populo ut placerent, quas feciſſet fabulas. 2 Nam quod rumores differunt malevoli, multas me contaminaſſe Comœdias, dum facio paucas formulas Latinas. 3 Factum id eſſe non nego: nec me id piget: 4 & bonorum deinde exemplo facturum autumo. 5 Pernoſcant alij furtum ne factum: an exercitationis modus ſit, qui præteritus forte negligentia eſt. 6 Quem quidem qui rectè nouerit, omnes enimuerò illius Comœdias probè nouerit. 7 Non ita diſsimili oratione eſt factus, ſed tamen diſsimili eſt ſtylo, & argumento aliqua ex parte. 8 Quæ conuenëre in hunc locum ex Terentio, tui cauſa fateor tranſtuliſſe, atque uſum pro noſtris. 9 Nolite ſinere per uos Latinam artem reſidere ad paucos. 10 Facite autoritas ueſtra meæ autoritati fautrix adiutrixque ſit. Et cum eſſe quæſtum in animum induxi maximũ, 11 quã maximè ſeruire ueſtris commodis. 12 Date igitur creſcendi copiam communis 13 linguæ perpolitæ, qui ſpectandi faciunt copiam. Eaſdem Poëtæ huius 14 curriculis mentis mecum agere cœpi, 15 ut ab eodem diſcerem alia atque alia ſtudioſe, ne me ab ſtudio abducerem. 16 Quamobrem uos omnes Hiſpanos oratos uolo, ne plus iniquum, quàm æquum poſsit oratio. Mea 17 cauſa cauſam hanc accipite, & date ſilentium, ut libeat ſcribere alijs, mihiq́; ut diſcere nouas, & ſimiles amicorum commodo exercitationes poſt hac meo labore par-

tas

1. *Argumentũ à fine.*
2. *Quintum, ut Lati. defendat ſe ab aduerſarijs in perſona autoris huius Dialogi.*
3. *Conceßio ad ſolutionem quæſtionis ſuperioris.*
4. *Ab exemplo.*
5. *Ab autoritate.*
6. *A pari.*
7. *A diſsimili.*
8. *A ſubiecto.*
9. *Apoſtrophat ad auditores.*
10. *Exclamationes, quibus omnes reddit attentos ab adiunctis.*
11. *A fine.*
12. *Concluſio ſuperiorum ab effectis. Sinec. 3. modi.*
13. *Sinec. 3. modi.*
14. *Metapho.*
15. *A fine.*
16. *Concluſio.*
17. *Polyptoton, unde cõcluſiones duæ 2. argumentis à fine confirmatæ.*

tas expediat. 1 ¶ Omnes cùm ſecundæ res ſunt maximæ, tum maximè meditari ſecũ oportet, quo pacto aduerſam fortunam ferant, pericla, damna, exilia. 2 Et omnes, quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quomodo ſuſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis, propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi. 3 Quod tibi nunc uſu uenit. 4 Verùm ego cùm factum mutare non queo: æquo animo fero. 5 Quoniam ita eſt uita hominum: quaſi cùm ludas teſſeris: ſi illud quod maximè eſt opus, iactu non cadit: illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas. 6 Nam ego uitam duram, quam uixi uſq; adhuc, prope iam excurſo ſpatio, mitto. 7 Id quãobrem? Reipſa reperi, 8 Facilitate nihil homini eſſe melius, neque clementia. 9 Id eſſe uerum ex Mitione atque eius fratre, cuiuis facilè eſt noſcere. 10 Ille ſuam ſemper egit uitam in otio, in conuiuijs: clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus: ſibi uixit, ſibi ſumptũ fecit: omnes benedicebant, amabant. 11 Hic agreſtis, 12 ſæuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax, duxit uxorem: quam ibi miſeriam nõ uidit? nati filij, alia cura. 13 Porrò autẽ dum ſtudebat, illis quàm plurimùm facere, contriuit in quærendo uitam, atque ætatem ſuam. Poſt exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his 14 tulit, odiũ. 15 Ille alter ſine labore patria potiebatur cõmoda. 16. Illum amabant, hunc fugiebant:

B iiij illi

*1. Secũda pars huius Dialogi Narratio dicta: quam L. aggreditur occaſione ſumpta ex ſuperioribus.*

*2. Duæ ſententiæ admirabiles loco propoſitionis, quibus Hi. reprehenditur inpatientia.*

*3. Ab exemplo.*

*4. Argumentum à diſſent. quo per nobilem ſententiã La. oſtendit in aduerſis non eſſe deſperandum.*

*5. Hoc argumen. communi ſententia probatur à cõparatis per Allegoriam.*

*6. Ab exemplo.*

*7. Antipophora.*

*8 Prouerbium.*

*9. Antipophoræ reſponſionem probat ab exemplo, quod illuſtrat à repugnantibus.*

*10. Prima pars repugnãtiũ à ſubiectis: ab adiunctis, ab effectis.*

*11. Secunda pars repugnantium in Demeam à ſubiect. ab adiunctis. ab effectis. 12. Anitheta. 13. Auxeſis 14. Demea 15 Mitio. 16. Polyptoton, perſeuerat La. in comparando duos fratres à diſſent.*

*1. Anaphora.*
*2. Paronomaſia.*
*3. Concluſio inductionis.*
*4 Prolepſis notata prouerbio.*
*5. Tranſitio imperfecta, qua La. docet ſuum inſtitutū, quod tenuit in narratione, & pergit perſuadere. Hi. tradat ſe vitæ clementi mira adagiorū frequentia.*
*6. Prolepſis, qua literarum ſtudia iuuari poſſunt.*
*7. Prouerbium.*
*8. Latius duplici ſententia inſtruit Lat. Hiſpanū ad bene viuendū ab adiūctis: & effectis.*
*9. Metaphora.*
*10. Duo ſuperiora adagia alio cōfirmat ab adiunctis.*
*11. Concluſio ad confirmandū ſuperius argumentum ab adiunctis ſitque exemplo.*
*12. Concluſio ab exemplo. 13. Anadiploſis. 14. Laudat quod vult ſequi à repugnantibus. 15. Quod in exordio petebat. 16. A diſsimili.*

illi credebant conſilia omnia, 1 illum diligebāt.
apud illum erant ambo Demeæ filij, hic deſertus
erat: 2 illum ut uiueret, optabant, huius autē mor
tem expectabant: ſcilicet ita ut eos huius labore
eductos maximo, ille fecit ſuos paulo ſumptu: 3
miſeriam omnem hic capiebat, ille tandem potie
batur gaudia. 4 Profectò hoc ſic eſt, ut puto: O=
mnibus nobis ut res ſeſe dant, ita magni atque hu
miles ſumus. 5 Hanc orationem habere tecum à
principio inſtitui. Seruire enim oportet tempori:
quia, Quot homines, tot ſententiæ: ſuus cuiq; mos
eſt. 6 Ea de cauſa, ſcis quid loquar? Pecuniā in
loco negligere, maximū interdum eſt lucrum. HI.
Scio: nam magiſter aliquid ſecum ferre debet de
uigilijs ſuis; neque eſt, quin obijciat 7 Ego ſpem
precio non emo. LA. 8 Iſthuc eſt ſapere, nō quod
ante pedes modò eſt uidere, ſed etiam illa, quæ fu
tura ſunt, perſpicere. Iſthuc item eſt ſapere, qui u
bicunq; opus ſit, animum poſsis 9 flectere. 10
Nam heus Omnium rerum uiciſsitudo eſt. 11 Qua
propter Pamphilus exclamat: O fortuna, ut nun=
quam perpetuò es bona. 12 Incertus denique eſt
quiuis de eo, quod cœperit, ut tu de uerbis Latinis.
HI. Nónne una hæc ſpes eſt, 13 ubi ubi ſit, diu ce
lari non poſſe? LA. Maximè. HI. 14 Deleo om=
nes dehinc ex animo linguas: tædet harum quoti=
dianarum. 15 Fac ſis nunc promiſſa appareant:
ſiue adeò digna res eſt, ubi tu neruos intēdas tuos.
16 Haud ſimilis lingua eſt linguarum noſtrarū.

LA.

LA. Quid tua iſthæc? HI. 1 Noua figura linguæ communis. LA. Papæ. HI. Color uerus: corpus ſolidum, & omnis ſcientiæ plenum. 2 Hanc tu mihi uel ui, uel clam, 3 uel præcario fac tradas: quo iure denique (uel ut dicitur) quaque iniuria, mea nihil refert, dum potiar modò. LA. Vide ne nimiũ 4 calidum hoc ſit modò. HI. Non eſt profectò: ſine. 5 Iſthæc in me cudetur faba. LA. Si certum eſt facere, faciam: uerùm ne poſt conferas culpã in me. HI. Non faciam. LA. Iubésne? HI. 6 Iubeo, cogo, atque impero. LA. Nunquam defugiam autoritatem tuam. HI. Dij bene uertant. LA. Pulchrè mehercule dictum, & ſapienter. HI. 7 Solus es, quem diligunt Dij: 8 quoniam es ingenio bono: perge. LA. 9 Quò pergam? Si repeto eadẽ, actum (ut aiunt) agam. 10 Habes iam qui modus ſit uitæ tenendus, ut literis rem, gloriamq́; conſequaris. 11 Sed num immemor es omnino Terẽtij? HI. Non opinor funditus. LA. Opinor, narras: nõ rectè accipis. Certam rem eſſe oportet. HI. Quæ minimè oblitus fuero, dicam. LA. 12 Agamus igitur uiciſſim 13 de rebus his, quas in actibus ſingulis uſque ad plaudite perſonæ, actorésue ſolent agere. 14 Ita quod uolumus ſine diſpendio conficiemus: atq; hoc pacto tuo animo morem geſſero. HI. 15 Percupio quiduis, dum ab alio me falli ne comperiar. 16 Quare inueni, obſecro, tu modò, quo me hinc liberes. LA. Quin iam habeo. 17 Meminiſti ſenem quendam, qui quàm longè quidẽ

 adoleſ=

*1. Deſcriptio lingua latinæ per Metaph. à rebus corporeis, ab adiunctis.*

*2. Rurſum apertè quod optat, petit: ſicut fieri ſolet in narratione*

*3. Qui vehementer quippiã deſiderat, nullã ſeruat legem.*

*4. Meta. ab igne & cibo calido.*

*5. Adagiũ metapho. ſumptum.*

*6. Auxeſis*

*7. Allegoria.*

*8. Ab adiunctis.*

*9. Excuſatio.*

*10. Perfecta trãſitio eorũ, quæ hactenus ſunt dicta*

*11. Apoſtrophe, vt fiat tranſitio ad ea, quæ ſunt dicenda.*

*12. Methodus dialogorũque ĩ præſenti ſeruatur.*

*13. Hoc eſt argumentũ potiſſimũ huius operis.*

*14. A ſubiecto, & à fine.*

*15. Conceſſio.*

*16. Petitio. 17. Summa perfectæ Narrationis à deſcriptione cuiuſdam ſenis facta, & ab adiunctis petita.*

adoleſcenti accurrit incuruus, tremulus, labijs demiſſis, gemens? HI. Teneo. LA. Huic, ſcis, eſſe filiũ, ſeruum callidum, uxorem impudicam, puellam unam cum ancilla unà? HI. Audiui milies de iſthoc ſene, & de alijs ſenioribus. 1 Sed tu rem in pauca conferas. LA. Iſthuc ago quidem. HI. Intelligo: propera. LA. 2 Hic aliquantulum ad rem auidior, & magis quàm ſat eſt, ob diſceſſum gnati, omnia produxit, ac uendidit: quippe quotidie eum accuſabat, ſic dicens. 3 Hem tibi ne hæc diutius licere ſperas facere me uiuo patre, amicam ut habeas (cœperat enim ille perditè amare cuiuſdam anus pauperculæ filiam, prope iam, ut pro uxore haberet) prope in uxoris loco? 4 Erras, ſi id credis, & me ignoras Clinia. 5 Ego iſthuc ætatis non amori operam dabam: ſed in Aſiã hinc abi propter pauperiem, atque ibi ſimul rem, & gloriam armis belli reperi. 6 Quamobrem coactus in Aſiam ad regem militatum abijt filius. 7 Clam me eſt profectus, menſeis treis abeſt. HISP. 8 Nimium durus erat præter æquum, & bonum. LA. Oh dubium ne id eſt? 9 Vbi rem reſciui, inquit, cœpi non humanitus, neque ut animum decuit adoleſcenti 10 ægrotum tractare, ſed ui, & uia peruulgata patrum. HI. Mea quidem ſententia, 11 pro peccato magno paulum ſupplicij ſatis eſt patri. 12 Atque ambo accuſandi, 13 etſi illud inceptum animi pudentis eſt ſignũ, &

1. Breuis uita ſtudijs breuibus gaudet.
2. Tertia pars dialogi ſcilicet Confirmatio: hæc primũ poſita eſt in parentum moribus.
3. Proſopopœia. Exclamatio.
4. Quæſtio ſyllo. hypo.
5. Ab exemplo.
6. Concluſio à cauſis.
7. A ſubiecto.
8. Metaphora à Ferro.
9. Perſeuerat rediens ad dicendũ de abitione filij ſui
10. Allegoria.
11. Sententia cõmoda pro filijs.
12. Concluſio:
13. Prolepſis.

*& non inſtrenui.* LAT. 1 *Iſtud quidem facilè ferendum: ſed eſt aliud quiddam multò grauius, quia aiunt,* 2 *Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam.* His ijſdem uerbis ipſemet ſenex 3 ſeni Chremeti caſum nuntiat. HI. Bene: nam 4 *Pares cum paribus, ueteri prouerbio, facilè congregantur. Sed quid ait? tenésne?* LATI. Hoc quod iam audies. 5 Vbi comperi ex ijs, qui ei fuere conſcij, domum reuertor mœſtus, atque animo ferè perturbato præ ægritudine. Aſſido: accurrunt ſerui: ſoccos detrahunt: uideo alios feſtinare, lectos ſternere, cœnam apparare, pro ſe quiſque faciebat, quò illam mihi lenirent miſeriam. 6 Vbi uideo hæc, cœpi cogitare: hem, 7 tot mea ſolius ſoliciti ſunt cauſa, 8 ut 9 me unum expleant? ancillæ tot me ueſtiant? ſumptus tantos domi ego ſolus faciam? 10 ſed gnatum unicum, quem pariter his uti decuit, aut etiam amplius, quòd illa 11 ætas ad hæc utenda idonea eſt, eum ego eieci hinc miſerum iniuſtitia mea? Malo quidem me dignum quouis deputem, 12 ſi id faciam: nam uſque dum ille 13 uitam illam colet inopē, carens patria ob meas iniurias, 14 interea illi de me ſupplicium dabo, laborans, quærens, 15 parcens, illi ſeruiens. 16 Ita facio prorſus nihil relinquo in ædibus, 17 nec uas, nec ueſtimētū 18 corraſi omnia. Inſcripſi illico ædes mercede: quaſi

*1. Suſtentatio.*
*2. Sententia uulgaris.*
*3. Polyptoton.*
*4. Prouerbium.*
*5. Sequens Menedemi narratio de filio: numerat enim incommoda, quæ propter profectionem filij euenerūt oſtendénsque ſe in mærore eſſe oportere ab effectis.*
*6. Conſultatio.*
*7. Licentia.*
*8. A minori ad maius.*
*9. Prima pars ſuperioris argumenti.*
*10. Secunda pars argumenti.*
*11. A ſubiect.*
*12. Syllogiſmus cōnexus ad incommodum.*
*13. A ſubiectis.*
*14. Concluſio ſuperiorum.*
*15. Auxeſis.*
*16. Repetitio concluſionis, quã confirmat ab adiunctis, quæ inſunt.*
*17. Dilatatur propoſitio generalis per ſingularia: ab effectis. 18. Metaphora.*

1. *Cōcluſio ter repetita: a diſſentaneis.*
2. *Augetur concluſio à ſubiecto, & adiuncto.*
3. *Prolepſis.*
4. *Etiam eadem concluſio dilatatur ab effectis.*
5. *Proſopopæia.*
6. *A maiori ad minus.*
7. *A ſubiecto & adiunctis.*
8: *Proſopopæia ſententia illuſtris ab adiunctis.*
9. *Solutio prolep.*
10. *Apoſtrophe.*
11. *Propoſitio à fine.*
12. *Patris durities.*
13. *Apoſtrophe.*
14. *Cogitationes parentum filijs abſentibus.*
15. *Propoſitio vniuerſalis.*
16. *Hæc propoſitio generalis dilatatur per ſingularia.*
17. *Syllogiſmus diſiunctus à repugnantibus: quo rurſus demonſtratur concluſio illa ſuperior.* 18. *Adagium per Metonymiam tertij modi.* 19. *A ſubiecto.* 20. *A pari.*

*quaſi talenta ad quindecim coegi: agrū hunc mercatus ſum, hic me exerceo.* 1 *Nec fas eſt ulla me uoluptate hic frui, niſi ubi ille ſaluus redierit meus particeps.* HI. 2 *Vſque adeò ſeipſum cruciabat propter abitum filij, ut nullum tempus uacuū daret laboris? nec raſtros graues* 3 *deponeret, et ſe reſpiceret? Satis certò ſcio hæc illi uoluptati non eſſe.* LA, 4 *Quin nec patiebatur ſe admoneri à uicino ſuo Chremete.* HI. *Quid ei dixit?* LA. 5 *Chreme, tantum ne eſt ab re tua otij tibi,* 6 *aliena ut cures, eaq́;, quæ nihil ad te attinent?* HIS. 7 *Quia ei uidebatur, ſenem facere præter ætatē ſuam, & præter quām res eum adhortabatur ſua. Tum ob id, ni fallor, addidit Chremes.* 8 *Homo ſum humanus, à me nihil alienum puto:* 9 *rectū eſt ego ut faciam, non ut deterreā.* 10 *Sed iſtud quicquid eſt, fac me ut ſciā,* 11 *aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero.* LA. 12 *At interim nihil audiebat.* HI. *Idcirco Chremes demum reſpōdet. Siccine eſt ſententia? igitur bene uale.* 13 *Verùm quid ſecū agitabat?* LA. 14 *Hæc. Ego quia non redijt filius.* 15 *quæ cogito?* 16 *Quibus nūc ſolicitor rebus? ne aut ille alſerit, aut uſpiam ceciderit, aut perfregerit aliquid.* 17 *Aut ego profectò (dicebat) ingenio egregiè ad miſeriam natus ſum, aut illud [illegible] ſum eſt, quod uulgò audio dici.* 18 *Diē adimere ægritudinē hominibus.* 19 *Nā mihi quidiem quotidie augeſcit magis de filio ægritudo:* 20 *& quantò diutiùs abeſt, magis cupio tātò*

tò, & magis deſidero. HI. Nonne tibi pulchrè utriuſque peccatum à Chremete indicari uidetur ſequenti oratione? 1 Ingenio te eſſe in liberos leni puto, & illum obſequentem, ſi quis rectè aut cõmodè tractaret: 2 uerùm neque tu illum ſatis noueras, nec te ille: hoc ibi fit, ubi non uerè uiuitur. 3 Tu illum nunquam oſtendiſti, quanti penderes, nec tibi ille credere eſt auſus, quæ eſt æquũ patri: 4 quod ſi eſſet factum, hæc nunquam euenissent tibi. 5 Sed eius filius nũquam eſt reuerſus? LA. Quid ni? 6 nam aduenientem, & illico è naui egredientem ad ſe adoleſcens quidam, quo cum iam inde uſque à pueritia 7 magna ſemper fuit familiaritas, ad cœnam adduxit. HI. 8 Voluptatem maximam, credo, is patri nuntiauit, cui nec opinanti primus hanc lætitiam obiecit dicens, filiũ ſuum rediſſe. LA. Verũ. HI. Quid narrabat? LA. Se miſerum eſſe. HI. 9 Miſerum? 10 quem minus credere eſt. Quid reliqui eſt, 11 quin haberet, 12 quæ quidem in homine dicuntur bona? 13 Parentes, patriam incolumen, amicos, genus, cognatos, diuitias: 14 atque hæc perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poßidet: 15 qui uti ſcit, ei bona: illi, qui non utitur rectè, mala. LA. 16 Fortè ille fuit ſenex importunus ſemper: & tunc nihil magis uerebatur, quã ne quid in illum iratus plus ſatis faxit pater. 17 Nam ſi: 18 ſed reprimam me. HI. Quid tu tecum? LA. Nihil ferè, puerile eſt. HIS. Amabò dic quid eſt? LA. Dicam quod mihi nunc in

1. *Proſopopœia.*
2. *Damnat prauam educendi liberos conſuetudinem per antipopho. à ſubiecto.*
3. *A diſſentaneis*
4. *Syllogiſ. hypo. ad incommodum.*
5. *Apoſtrophe.*
6. *Ab effectis.*
7. *Ab adiunctis.*
8. *Antipophora.*
9. *Epanorthoſis.*
10. *Concluſio.*
11. *Aſſumptio.*
12. *Propoſitio.*
13. *Ab adiunctis.*
14. *Antipophora*
15. *Commentatio hominis docti digna.*
16. *Depulſio.*
17. *Eclipſis.*
18. *Correctio.*

1. Propoſitio: quo modo ſe habere debent filij cũ patribus.
2. Prolepſis.
3. Ab adiunctis.
4. A minori.
5. Idem repetitur argumentum apertius.
6. Tranſitio: cuius prima pars perfecta.
7. Altera pars perfecta tranſitionis.
8. Ratio inſtituendi liberos hactenus docta eſt: nũc que altius repetitur duobus exemplis contrarijs.
9. Deſcriptio.
10. Narratio, quæ continet Mitionis ſententiam de educandis liberis.
11. Præteritio.
12. A maiori ad minus.
13. Egregia ſententia.
14. Scientia Mitionis repugnat Demeæ in inſtituẽdis filijs.
15. Antipophora

in mentem uenit. 1 Vt ut erat manſum tamen oportuit. 2 Fortaſſe aliquantulum iniquior erat præter eius 3 libidinem. Pateretur: 4 nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum? 5 Hũccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius uiuere? HI. 6 Nunquid ſunt alij ſenes, qui genitores nitantur eſſe, ſuoq; modo filios inſtituere? LA. 7 Sunt planè adelphi duo, de quibus ſermo erat anteà, multò ſibi in liberorum educatione diſſentientes. HI. 8 Quiſnam eſt primus? LAT. 9 Mitio: qui iam inde ab adoleſcentia clementẽ uitam, & urbanam, atque otium ſecutus fuerat. HI. Quid inquit? LA. 10 Maiorem mei fratris filium adoptaui mihi: eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo, in eo me oblecto: ſolum id eſt charum mihi. Do, prætermitto: 11 non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere. Poſtremò alij clãculum patres quæ faciunt, quæ fert adoleſcentia, ea ne me celet, conſuefeci filium. Nam 12 qui mentiri, aut fallere inſuerit patrem, aut audebit: tantò magis audebit cæteros. 13 Pudore & liberalitate liberos retinere, ſatius eſſe credo, quã metu. 14 Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent. 15 Et 16 errat longè mea quidem ſententia, 17 qui imperium credat Grauius eſſe aut ſtabilius, ui quod fit, quàm illud, quod amicitia adiungitur. 18 Mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum: malo coactus qui ſuum officium facit, dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet.

16. Metapho. 17. Sententiã fratris ſui reprehendit à cauſa non ſponte. 18. Proſopopœia, per quam introducitur Demea loquens de ſua inepta ſententia, quam Ironia irridet Mitio.

*uet: ſi ſperat fore, clàm rurſum ad ingenium redit.* 1 *Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit:* 2 *ſtudet par referre: præſens, abſensq́; idem erit.* 3 Hoc patrium eſt, *potius conſuefacere filium* 4 *ſua ſponte rectè facere, quàm alieno metu.* 5 Hoc pater ac dominus intereſt: 6 *hoc qui nequit, fateatur neſcire imperare liberis.* HISP. 7 *Quinam eſt alter?* LATI. Demea: *ſic* 8 *ſuas agens partes, nec interea ſuum potuit tutari locum.* Venerat autem ad Mitionem *ſæpe clamitans.* 9 *Quid agis Mitio?* 10 *cur* 11 *perdis adoleſcentem nobis? cur amat? cur potat? cur tu his rebus ſumptus ſuggeris? ueſtitu* 12 *nimio indulges: nimium ineptus es.* 13 *Quid ille fecerit, rogitas? quem neque* 14 *pudet quicquam, neque metuit quenquam, neque legem putat ſe ullam tenere.* 15 *Nam illa, quæ antehac facta ſunt, omitto: modò quid deſignauit!* 16 *Fores effregit, atque in ædes irruit alienas: ipſum dominum, atque omnem familiam multauit uſque ad mortem: eripuit mulierem, quam amabat:* 17 *clamant omnes indigniſsimè factum eſſe: hoc aduenienti* 18 *quot mihi, Mitio, dixere!* 19 *In ore eſt omni populo.* 20. *Nullum huius ſimile factum.* 21 *Hæc cùm illi, Mitio, dico* 22 *tibi dico:* 23 *tu illum corrumpi ſinis.* HI. *Qui hic ſatisfecit?* LA. 24 *Probè. Homine imperitò nunquam quicquam iniuſtius,* 25 *qui, niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat.*

1. *Mitionis ſentẽ*
2. *Prouerbium.*
3. *Ab adiunctis*
4. *A maiori.*
5. *Ab adiunctis.*
6. *Concluſio ſua ſententia ad incõmodum.*
7. *Tranſitio.*
8. *Altera opinio eſt Demea.*
9. *Proſopopœia: Licentia.*
10. *Anaphora.*
11. *Ab effectis.*
12. *Polypteton.*
13. *Antipophora.*
14. *Ab adiũctis.*
15. *Suſtentatio.*
16. *Ab effectis.*
17. *Ab autoritate*
18. *Acclamatio.*
19. *Prouerbium.*
20. *Acclamatio, à diſsimili.*
21. *Prolepſis.*
22. *Concluſio.*
23. *Aſſumptio.*
24. *Communis ſententia.*
25. *Ad incommodum.*

HIS.

*1. Prouerbium.*
*2. Exclamatio proſopopœia.*
*3. Andiſtrophõ.*
*4. Proſopopœia.*
*5. Metapho. à fabris ferrarijs.*
*6. Explicatio fallacia.*
*7. Antipophora ſyllo. Hypo.*
*8. Solutio dubitationis Demea.*
*9. Conceſſio.*
*10. A diſſctaneis*
*11. Antipophora Antitheta.*
*12. Syllogiſmus diſiunctus.*
*13. Suſtentatio ſimul & concluſio.*
*14. Ironia, Exclamatio.*
*15. Diſtinguit propoſitionem ambiguã: & incipit labeſactare Mitionis ſententiã à cõiugatis: & eſt dilemma.*
*16. Metaphora à rebus compreſſis.*
*17. Suſtentatio.*
*18. Epicherema à ſubiectis.*
*19. Sæpe ſolent patres in educandis liberis extrema ſequi. Syllogiſ. diſiunctus ab adiunctis. 20. Proſopopœia, Conceſſio. 21. Auxeſis per gradus perditionis.*

HI. *Certè eum tetigit.* 1 *Iugularat hominẽ. Quid tum poſtea?* LA. *Mutus illico.* HI. *Nihil minùs, ut exiſtimo. Nónne exclamauit?* 2 *Pró Iupiter, tu homo adiges me ad inſaniam.* 3 *Non eſt flagitiũ facere hæc adoleſcentulum?* LA. 4 *Ah, auſculta (dicit Mitio) ne me* 5 *obtundas de hac re ſæpius.* 6 *Tuum filium dediſti adoptandũ mihi: is meus eſt factus:* 7 *ſi quid peccat, Demea, mihi peccat: ego illi maximam partem feram.* 8 *Obſonat, potat, olet unguenta de meo. Amat?* 9 *Dabitur à me argentum, dum erit commodum:* 10 *ubi non erit, fortaſſe excludetur foras.* 11. *Fores effregit, reſtituentur. Diſcidit ueſtem? reſarcietur: eſt (dijs gratia) & unde hæc fiant, & adhuc nõ moleſta ſunt.* 12 *Poſtremò aut deſine, aut cedò quemuis arbitrum.* 13 *Te plura in hac re peccare oſtendam.* HI. *At uerò Demea hoc ipſum non pernegat?* LA. *Etiam: miſertus eius uicem, ait* 14 *Hei mihi, pater eſſe diſce ab alijs, qui uerè ſciunt.* 15. *Natura ego pater ſum, & conſilijs tu. Sed tu ne cõſulis quicquam?* HI. *Cur Mitio fratris uerba moleſtè fert?* LA. *Quòd in eum tam grauius dicat. Quare Mitio in huiuſmodi* 16 *erumpit.* 17 *Ah ſi pergis, abiero.* 18 *An ego toties de eadem re audiam?* HI. *Vehemens uterque eſt in utranque partem nimis.* LA. 19 *Fateor, aut largitate nimia, aut parſimonia. In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa incidunt. Nam poſtea Demea ſubijcit.* 20 *Faciat quod lubet: ſumat* 21 *conſumat*

mat, profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet, decretum eſt pati. Et rurſum idem Demea iraſcitur. 1 Iam ſi uerbum unum poſthac. 2 Iſte tuus ſentiet poſterius. HI. 3 Mitio quid ad hæc? LAT. Se ipſum poſt ſimulantem prodijt, ſecumq́; talia cõfert. 4 Nec nihil, nec omnia ſunt hæc, quæ dicit: 5 ſed oſtendere me ægrè pati illi uolui. 6 Nam ita eſt homo: cùm placo, aduerſor ſeduló, & deterreo: tamen uix humanè patitur: uerũ 7 ſi augeã, aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ, inſaniã profectò cũ illo. Conceditq́; paulopoſt apertè Aeſchinũ (de quo fratres ambo agebãt) in culpa eſſe maxima, ſic dicens. 8 Etſi Aeſchinus nonnullam hac in re nobis iniuriam facit 9 Quam hic nõ amauit meretricem? aut cui nõ dedit aliquid? 10 Poſtremò nuper (credo iam omniũ tædebat) dixit, uelle uxorem ducere, ſperabã iam 11 deſeruiſſe adoleſcentiã: gaudebã. 12 Ecce autem de integro: niſi quicquid eſt, uolo ſcire, atque hominẽ conuenire, ſi apud forũ eſt. HI. Verã liberorũ inſtitutionẽ hic, et meliorẽ multò eſſe Demeæ probat LA. 13 Illi quoq; in Heautontimorumeno Chremes ſuffragatur maximè, ubi patrum educationẽ, & mores bene compoſitos prudenter inſtituit. Incipit enim. 14 Menedeme, etiam tuũ conſpectũ fugitat filius propter peccatũ, tũ hoc timet, ne tua duritia illa antiqua adaucta ſit. HI. Non ei dixerat Chremes, ut Menedemus eſſet? LA. Non: quia peſſimè iſthuc in ſe conſuleret, atque in illum,

1. *Proſopopœia, Apoſiopeſis.*
2. *A ſubiecto.*
3. *Eclipſis.*
4. *Proſopopœia.*
5. *Conceſſio.*
6. *A cõtrarijs, & adiunctis deſcriptio Demeæ.*
7. *A diſſentaneis.*
8. *Aperta conceſſio.*
9. *Ex duabus ſententijs contrarijs utra ſit uera nũc cognoſcitur.*
10. *Suſtentatio.*
11. *Metapho. à rebus, quæ elixantur*
12. *Apoſtrophe ad ſeipſum.*
13. *Quartũ exemplum, quo modus perſcribitur erudiendi filios.*
14. *Veriſſimilibus narrationibus docetur qui patres filios tractare debeant.*

1. *Syllog. hypot. ad incommodum.*
2. *Proſopopœia interrupta.*
3. *Conceſſio.*
4. *A diſſentaneis.*
5. *Prolepſis.*
6. *A comparatis.*
7. *Obiectio à diſſi.*
8. *Obiectio ad incõmodum.*
9. *Metapho. à rebus artificioſis.*
10. *Celebrata ſententia.*
11. *Auxeſis: Epiphonema.*
12. *Propoſitio uniuerſalis.*
13. *Aſſumptio.*
14. *Ad incommodum.*
15. *Ab exemplo.*
16. *Propoſitio.*
17. *Hinc arrepta occaſione digreditur ad vituperãdum amorem.*
18. *Ab adiunctis.*
19. *Etheroſis.*
20. *A maiori.*

*1 ſi ſe tã leni, & uicto eſſe animo oſtẽdiſſet.* H. *Re*
*cenſe Chremetis ipſius uerba habita apud Menede*
*mũ.* L. *2 Si certũ eſt tibi (aiebat) ſic facere, ut ſuo*
*modo uiuat, id permagni referre arbitror, 3 ut*
*neſcientẽ ſentiat te id ſibi dare, ſi q̃d ei opus fuerit:*
*4 quiduis potius efficias, quàm quòd cogitas, per*
*aliũ quemuis ut des: falli te ſinas technis per ſeruu*
*lum. 5 Etſi ſubſenſi id quoq; illos ibi eſſe, & id*
*agere inter ſe clanculũ. Syrus cũ illo ueſtro conſu*
*ſurrat: conferunt cõcilia adoleſcentes: 6 & tibi*
*perdere talentũ hoc pacto ſatius eſt, quã illo minã.*
*7 Non nunc pecunia agitur, ſed illud, quo modo*
*minimo periculo id demus adoleſcentulo. 8 Nã ſi*
*ſemel tuũ animũ intellexerit, prius proditurum te*
*tuã uitã, & prius pecuniã omnem, quã abs te amit-*
*tas filium: hui quantã 9 feneſtrã ad nequitiã pate-*
*feceris? Tibi autẽ porrò ut non ſit ſuaue uiuere:*
*10 Nã deteriores omnes ſumus licentia. 11 Et*
*nimia illhæc licẽtia profectò euadet in aliquod ma*
*gnũ malũ. 12 Quodcũq; inciderit in mentẽ uolet*
*neq; id putabit, prauũ, an rectũ ſiet, quod petet. 13*
*Tu rẽ perire, & ipſum nõ poteris pati. Dare de-*
*negabis. 14 Ibit ad illud illico, quo maximè apud*
*te ualere ſentiet, abiturũ ſe abs te eſſe illico mina-*
*bitur. 15 Nã ut tu ſcias, quã nunc 16 quædã tui*
*filij amica 17 inſtructa pulchrè ad perniciẽ ſiet:*
*primũ, iã 18 ancillas ſecũ adduxit plus decẽ one*
*ratas 19 ueſte, atq; auro: 20 ſatrapes, ſi ſiet a-*
*mator, nunquã ſufferre eius ſumptus queat, ne dũ*

tu poßis. 1 Senſi: nã ei unã cœnã, atq; eius comitibus dedi: 2 quòd ſi iterũ mihi ſit danda, actũ ſiet. 3 Nã ut alia omittã, pitiſſando modò mihi quid uini aſſumpſit? 4 Sic hoc dicẽs: aſperũ pater hoc eſt, aliud lenius. Sodes uide. 5 Releui itaq; dolia 6 omnia, omnes ſerias, omnes ſolicitos habui. 7 Atq; hæc una nox: quid te futurum cenſes, quem aßiduè exedent? 8 Ita me dij amabunt, ut tuarum fortunarum miſertum eſt Menedeme. H. 9 Iuuenes ergo à muliere mala ſunt pellendi? L. Ita: ut 10 ſentio cum Byrrhia in Andria, qui ſic Charinum conſulit. 11 Ah quãtò ſatius eſt te id operam dare, qui iſtũ amorẽ ex animo moueas tuo, 12 quò magis libido fruſtra 13 incendatur tua. HI. Hæc eſt noſtri fundi 14 calamitas: L. Deinde Parmeno in Eunucho de eodẽ præbet hoc cõſiliũ Phædriæ, q 15 prudens, ſciens, uiuus, uidenſq; peribat, ignorãſq; quid de ſe faceret præ nimio amore. 16 Here, quæ res in ſe, neq; cõſiliũ, neq; modũ habet ullũ, eam conſilio regere non potes. 17 In amore hæc omnia inſũt uitia, iniuriæ ſuſpectiones, inimicitiæ indutiæ, bellũ, pax rurſum: 18 incerta hæc ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas, quã ſi des operã, ut cũ ratione inſanias. Sed alibi idẽ 19 Parmeno indicat, quo modo adoleſcẽtulus meretricũ ingenia, et mores poſſet noſcere: maturè ut cũ cognorit, perpetuò oderit. Nã dicit, 20 quæ cũ foris ſunt, nihil uidetur mundius, 21 nec magis compoſitum quicquam, nec magis elegans: 22 quæ cum amatore ſuo cùm cœnant, liguriunt.

*1. Ab exemplo, quod probat ab effectis.*
*2. Ad incommodũ*
*3. Suſtentatio ab effectis.*
*4. Ab adiunctis.*
*5. Concluſio.*
*6. Polyptoton.*
*7. A minore ad maius.*
*8. Concluſio præcipua.*
*9. Elegans compl.*
*10. Ab autoritate & ab exemplo.*
*11. Exclamatio.*
*12. A comparatis.*
*13. Meta. ab igne.*
*14. Met. 4. modi.*
*15. Cauſa ſponte.*
*16. Proſopopœia, Propoſitio ab adiunctis.*
*17. Adiuncta, quæ inſunt.*
*18. Aſſumptio.*
*19. Propoſitio.*
*20. A diſſentane.*
*21. Anaphora.*
*22. Ab effectis*

1 ac dum moliuntur, & comuntur, annus eſt. 2
Harum uidere ingluuiem, ſordes, inopiam, quā in-
honeſtæ ſolæ ſint domi, atque auidæ cibi, quo pacto
ex iure heſterno 3 panem atrū uorent. 4 Noſſe
omnia hæc ſalus eſt adoleſcentulis. 5 Præterea
iam tute cuiuſdam Bachidis improbæ uerba au-
dies, ut mecum ſentias de meretricibus fugiendis,
quæ ſe expernunt, & ſeipſas confecta penè ætate
uituperant. 6 Expedit Antiphila bonas eſſe uo-
bis: nos, quibuſcum eſt res, non ſinunt. Quippe 7
forma impulſi noſtra nos amatores coiūt. 8 Hæc
ubi immutata eſt, illi ſuum animum aliò conferūt:
9 niſi proſpectū intereà aliquid nobis eſt, deſer-
tæ uiuimus. HI. 10 Quid ſi iræ ſint inter aman-
tes? LA. 11 Sic hercle ut dicam tibi. 12 Amā-
tiū iræ redintegratio amoris eſt. HI. 13 Mihi
quidem id non ſit uериßimile. LA. Non? 14 Ha-
beo pro hac re quid reſpondeam, quod dixit Phe-
dria de Thaide. 15 Ego ne illam? 16 quæ illū?
quæ me? quæ non? ſine modò, mori me ſatius eſt:
ſentiet qui uir ſim. 17 Contrà tamen Parmeno,
nullius momenti eſſe ea uerba ducit, ut iurgia du-
rarent. Nam hæc uerba (ait) una mehercule falſa
lacrumula, quam oculos terendo miſerè 18 uix
ui expreſſerit, 19 reſtinguet, et te ultrò accuſabis
& dabis ei ultrò ſupplicīū. HI. 20 Nemo tandem
concludit de ipſis? LA. Vix, quòd autores ſint ma-
gnorum flagitiorū: niſi uelis in hoc 21 Lachis
finem de hac re facere. Quidquid ſit, libentius au-
diam,

*1. A ſubiecto.*
*2. Ab adiunctis.*
*3. Ab effectis.*
*4. Concluſio.*
*5. Ab exemplo.*
*6. Proſopopœia, à repugnantibus.*
*7. Ab adiunctis.*
*8. A priuantibus.*
*9. Concluſio ſyllo. hypo. ad incommodum.*
*10. Obiectio.*
*11. Solutio.*
*12. Adagiū à cauſis procreantibus.*
*13. Negat propoſitionem.*
*14. Ab exemplo.*
*15. Pathetic. oratio.*
*16. Eclipſis: Proſopopæia.*
*17. Exemplum dilatatum ab effect.*
*18. Auxeſis.*
*19. Metapho. ab igne accenſo.*
*20. Ex ijs ſumpta occaſiōe digreditur ad damnandas mulieres, vt ab eis adoleſcentes abſtineant ſe.*
*21. Ab autoritate.*

diam, quàm dici unquam poßit. LA. 1 Mater narrat, quod ſuaſit ſua, adoleſcens mulier fecit: mirandum ne id eſt? Cenſen' 2 te poſſe ullam mulierem reperire, 3 quæ careat culpa? an quia nõ delinquunt uiri? HI. 4 Quid igitur amãs aget? L. Quid aget? 5 id, quod boni eſt Parmenonis ſerui monentis: niſi ut te redimas captũ, quàm queas minimo: ſi nequeas paululo, at quãti queas. 6 Alioquin, 7 dij boni, quid hoc morbi eſt? adeon' homines immutari ex amore, ut non cognoſcas eundem eſſe? HI. Scopus ex his quis nobis erit? L. Huiuſmodi. 8 Cũ parentũ iniuriæ tales ſint fermè, paulò qui eſt homo tolerabilis, ſcortari crebrò 9 nolũt, nolũt crebrò cõuiuari: præbẽt exiguè ſumptũ: et ea ſunt tamẽ ad uirtutẽ omnia. 10 Verũ ubi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala, neceſſe eſt illum filium conſilia conſequi conſimilia. H. 11 Liberi autem iſta patienter ferre ſolent? LA. Imò uerò ex horũ ſermone, quàm indignè cuiuſuis reprehenſiones, ac genitorũ præſertim accipiãt, probè cognoſces. HI. Qualis eſt hæc oratio? LA. Dicã. 12. Quàm iniqui ſunt patres in omnes adoleſcenteis iudices: 13 qui æquum eſſe cenſent, nos iam à pueris illico naſci ſenes, neque illarũ affines eſſe rerum, quas fert adoleſcentia. 14 Ex ſua libidine moderantur, quæ nunc eſt, non quæ olim fuit. 15 Mihi ſi unquam filius erit, næ ille facilimè utetur patre: 16 nam et cognoſcendi, & ignoſcendi dabitur peccati locus: non ut meus, qui mihi per aliũ

1. *Obiectio.*
2. *Anteoccupatio.*
3. *Ab adiunctis.*
4. *Prolepſis.*
5. *Qua via ſit adoleſcentibus tenẽda: ab autoritate.*
6. *Argumentum ad incommodũ ſingulare, & ab effectis.*
7. *Exclamatio.*
8. *Voluntas patrũ à fine.*
9. *Anadiploſis.*
10. *Ab adiu[illegible].*
11. *Præpa[illegible] o[illegible]caſionis [illegible] di[illegible]dum ac filiorum [illegible]ditione.*
12. *Oratio expoſtulatoria.*
13. *Ad incommodum.*
14. *A repugnantibus.*
15. *Syllo. hyp. à diſſimili: cuius prima pars confirmatur à ſubiecto.*
16. *Altera pars diſſimilitudinis.*

 oſten

oſtendit ſuam ſententiam. 1 Aſtutus: næ ille haud ſcit, 2 quã mihi nũc ſurdo narret fabulã. 3 Magis nunc me amicæ dicta ſtimulant, 4 da mihi, atq; adfer mihi. 5 Cui quid reſpõdeã, nihil habeo: nec me quiſquã eſt miſerior. H. Eſt ne alius, qui de patre ſuo conqueratur? LA. Eſt: 6 Pãphilus in Andria, ſicq; exclamat. 7 Hoccine eſt humanũ factũ, aut inceptum? hoccine eſt officiũ patris? Prò Deũ atque hominũ fidẽ, 8 quid eſt, ſi hæc contumelia non eſt? 9 Vxorẽ decrerat dare ſeſe mihi hodie: 10 nonne oportuit præſciſſe me ante? nõne prius cõmunicatũ oportuit? 11 Quid Chremes, qui denegarat ſe cõmiſſurũ mihi gnatã ſuã uxorem? 12 id mutauit, quoniã me 13 immutatum uidet. 14 Ita ne obſtinatè operã dat, ut me à Glycerio miſerũ abſtrahat? 15 quod ſi fit, pereo funditus. 16 Adeon' hominẽ eſſe inuenuſtũ, aut infelicẽ quenquã ego ut ſum? Nullo ne ego Chremetis pacto affinitatẽ effugere potero? quot modis cõtemptus, ſpretus? facta, trãſacta omnia, hẽ repudiatus repetor. 17 Quãobrem? niſi id eſt, quod ſuſpicor. 18 Aliquid mõſtri alunt. 19 Ea, quoniã nemini obtrudi poteſt, itur adme. 20 Quid ego dicã de patre? Ah, tantã ne rem tã negligenter agere? Præteriẽs modò, mihi apud forũ: 21 Vxor tibi ducenda eſt Pamphile hodie, inquit, para: abi domum. Id mihi uiſum eſt dicere, abi cito ſuſpende te. 22 Obſtupui, cenſen' ullum me uerbum potuiſſe proloqui?

1. *Ironia.*
2 *Allegoria.*
3. *A diſſentaneis.*
4. *Ab effectis.*
5. *Cõcluſiones duæ.*
6. *Exemplũ ſecũdum de filijs.*
7. *Oratio cõcitata nimis, quia inuehitur Pamphilus per exclamationes.*
8. *Epicherema.*
9. *Propoſitio.*
10. *Anaphora.*
11. *Apoſtrophe.*
12. *Antipophora.*
13. *A coniugatis.*
14. *Inuehitur in patrem.*
15. *Ad incommod.*
16. *Tota eſt pathetica oratio, in qua variatur ſermo per varias perſon.*
17. *Antipophora.*
18. *Metaphoricòs dictũ.*
19. *Enthymema.*
20. *Apoſtrophe.*
21. *Proſopopaia.*
22. *Amplificatio animi perturbati.*

loqui? aut ullam cauſam, ineptā ſaltem, falſam, iniquam? Obmutui. Quod ſi ego reciſſem id prius, quid facerem? 1 ſi quis nunc me roget. Aliquid facerem, ut hoc ne facerem. HIS. 2 Omnes qui amant, grauiter ſibi dari uxorem ferunt. LAT. Ita eſt. 3 Optant præterea filij patrum abſentiam: qualis eſt Cteſipho, qui à Syro quærit: ain' patrem hinc abiſſe rus? Iamdudum, dixit ſeruus, apud uillam eſt, & nunc eum maximè operis aliquid facere credo. 4 Vtinā, filius ait, quod cū ſalute eius fiat, ita ſe defatigarit uelim, ut triduo hoc perpetuò prorſus à lecto nequeat ſurgere. 5 Nā hunc diem miſerè nimis cupio, ut cœpi, perpetuū in lætitia degere. 6 Et illud rus nulla alia de cauſa tam malè odi, niſi quia prope eſt: quòd ſi abeſſet longius, prius nox oppreßiſſet illic, quàm huc reuerti iterum poſſet. 7 Nunc ubi me illic non uidebit, iam huc recurret, ſat ſcio, rogabit me ubi fuerim, quem ego hodie toto non uidi die. 8 Quid dicam? 9 nihil in mente eſt: nec cliens, nec hoſpes, nec amicus, nemo eſt nobis: ut dicam hiſce opera data eſt. 10 Si hic pernocto, cauſæ quid dicam? 11 Vah, quàm uellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari. 12 Tu Syre otioſus es: 13 quia illius ſenſum pulchrè calles. Cū 14 feruit maximè 15 tā placidū, 16 quā ouē reddis. 17 Laudari enim me audit libēter: facis me apud illū 18 Herculē: 19 uirtutes narras. Homini illico lacrymæ cadunt,

1. Antipophora.
2. Dictū cōmune.
3. Dixit de eo, quo filij de parentibus conqueruntur: nūc alijs exemplis alia eorūdem inepta cōditio deſcribitur.
4. Optatio.
5 A ſubiecto
6. Apoſtrophe: ſillogiſmus hyp. negās.
7. Antipophora.
8. Antipohora.
9. Inductio ab adiunctis repugnantibus.
10. Addubitatio.
11. Optatio.
12. Apoſtrophe.
13. Ab effectis.
14. Metaphora.
15. A ſimili.
16. Hyperbole.
17. Ab effectis.
18. Metaphora.
19. Ab effectis.

1. *Hi. vult videre & ſcire quid faceret filius interueniente patre: ideo vtitur Adagio per Allegoriam.*

2. *Quia dictū eſt, qui liberi ſoleant parentum faciē fugere: æquum videtur fuga huius cauſas audiri.*

quaſi puero, gaudio. HI. 1 Hem tibi: Lupus eſt in fabula. LA. Ac proinde ait: Si quid rogabit, nuſquam tu me: audiſtin'? HIS. Aduentu ſenis ſtatim ornauit fugam. LA. Sic ſolent, filij quantum queūt ſe in pedes dare. HI. Cur ita? LA. 2 Multæ ſunt cauſæ, ob quas parentum filij interuentum fugiāt. Referire non audent: nō licet, niſi præfinito loqui: quod peccatum ab eis ortum eſt corrigunt: ſe purgare coràm non poſſunt, ut ſint extra noxiam: faciunt, ut poſthac ſuas comprimant manus: euenit etiam quod Aeſchino & Pamphilo accidiſſe legi. HI. Exempláne ſunt? LA. Sanè ſunt: quæ transacta de parentibus & liberis breuiter commonefaciūt. H. Quid obſtat, cur nō narres? Dic, ſi placet, de Aeſchino. L. 3 Ecce Diſcrutior animi, hoccine de improuiſo mali mihi obijci tātum, ut neq; quid de me faciam, nec quid agam, certum ſit? 4 Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit, pectore conſiſtere nihil conſilij quit. HI. Erubuit, ſalua res eſt. LA. Idcirco Aeſchinus audiuit à patre quæ narrabo. 5 Habitant hic quædam mulieres pauperculæ, ut opinor, has nō noſſe te: 6 & certò ſcio: neq; enim diu cōmigrarunt huic uicinia. Virgo eſt cum matre: hæc uirgo orba eſt patre: quidam meus amicus illi genere eſt proximus: huic leges cogunt nubere hanc. 7 Venit ut ſecū auehat: nam habitat 8 Mileti. Commenta mater eſt, eſſe ex alio uiro, neſcio quo, puerum natū: neq; eum nominat: priorem eſſe illum, nō oportere huic dari

3. *Ab exemplo per exclamationē exordium, & per adubitationem.*

4. *Oſtenditur Aeſchinum eſſe in magno timore à ſubiectis.*

*Auxeſis.*

5. *Proſopopœia, qua fit Narratio veriſimilis.*

6 *Anteoccupatio.*

7. *Prolepſis à fine.*

8. *A ſubiecto.*

dari. Factum ab eis duriter, 1 immiſericorditer, 1. Auxeſis.
2 atq; etiã, ſi eſt dicendum magis apertè, illibera 2. Licentia.
liter. Qua ratione eſthuc? quis deſpondit? quis de-
dit? 3 cui, quãdo nupſit? 4 autor his rebus quis 3. Polyptoton eleganti.
eſt? cur duxit alienam? 5 Fortè obijcies: An ſe- 4. Conſultatio.
dere oportuit domi uirginem tam 6 grandem, 5 Prolepſis.
dum cognatus, huc illhinc ueniret, expectantem? 6. Solutio obiectionis à ſubiecto.
Hæc mi pater te dicere, & id defendere, æquũ fuit.
Ridiculè: 7 aduerſúmne illum cauſam dicerẽ, 7 Refellit obiectionem per Epicherema ab effectis.
cui ueneram aduocatus? 8 Sed quid iſta Aeſchi
ne noſtra? quid nobis cum illis? 9 Abeamus hinc. 8. Apoſtrophe
HI. Quid tum filius? LA. Pater obſecro, auſculta.
HI. Non exauditus eſt? LA. Hoc modo. Audiui 9. Concluſio.
omnia, reſpondit, & ſcio: nam te amo, 10 quò 10. A comparatis.
magis, quæ agis, curæ ſunt mihi. At filius benè ſic. 11. Optatio. Quid filij agere debeat coram genit. ubi errauerint.
11 Ita me uelim promerentẽ ames, dum uiuas mi
pater, ut me hoc delictum admiſiſſe in me, id mihi
uehementer dolet: & me tui pudet. Pater inquit:
Credo hercle: 12 nam ingenium tuum noui libe 12. Ab adiunctis.
rale. 13 Sed uereor, ne indiligens nimiùm ſis. 14 13. Reprehendit Mitio Aeſchinum.
In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere? 15 14. A ſubiecto.
Virginem uitiaſti, quam te ius non fuerat tange- 15. Ab effectis.
re. 16 Nunquid circunſpexti, aut nunquid tute 16. Paranomaſia.
proſpexti tibi 17 qui fieret? qua fieret? ſi teipſum 17. Polyptoton.
mihi puduit dicere, qua reſciſcerem? 18 hæc dũ 18. A ſubiecto.
dubitas menſes abierunt decẽ. 19 Prodidiſti te, 19. Ab effectis.
& illam miſeram, & gnatum, quod quidem in te 20. Prolepſis per epicherema, quod eſt adagium.
fuit, 20 Quid credebas, dormienti hæc tibi con
fecturos deos? & illam ſine tua opera in cubiculũ

1. *Concluſio repre-henſionis.*
2. *Tráſit autor ad alterũ exemplum.*
3. *Proſopopœia. ſyl-log. hypot.*
4. *Simonem.*
5. *Parœmia.*
6. *Chremetem.*
7. *Epicheremata.*
8. *Epiſtrophe.*
9. *Hyperbole.*
10. *Simo.*
11. *Epanalepſis.*
12. *Exclamatio.*
13. *Anaphora.*
14. *Ab adiunctis, ad quæ patres ſo-lent ſpectare.*
15. *Texitur proſo-popœia.*
16. *A diſſentan.*

*iñ deductum domum?* 1 *Noli cæterarum rerũ ſocordem eodem modo eſſe.* HI. 2 Et quid de Pamphilo? LA. *Iam aderit formidoloſus ob patris cõſpectũ.* De quo genitor illius fremendo loquitur. 3 *Age nũc: iam ego pol hodie, ſi uiuo, tibi oſtẽdã* 4 *patrẽ, quid ſit periclifallere.* H. Ne ſæui tantopere. LA. 5 *Surdo canitur.* Imò dicebat ei, apud 6 quem ſermo erat: 7 *pietatem gnati non te miſeret mei? tantũ laborem capere ob talem filium?* Age 8 Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet? 9 Quid *ais omniũ?* H. Rem potius ipſam dic: ac mitte malè loqui. LA. Ita *eum appellabat.* H. Gratius eſſe puto, ut triſtitiã 10 *omitteret, & iracũdiã cõprimeret.* Quid ſibi negotij cũ filio iſthic erat? L. Cupiebat ſcire pater quid haberet ſuus animi filius, et nũ ſymbolũ dediſſet. Foras itaq; prodijt nec uſquã latere potuit. H. Nonne ſalutauit uiſum patrem? L. Minimè: ſed quis me uolt, ait trepidãs: nã modò introi. At pater, ut noſcat quid ei eſſet in *animo, reſpõdet.* Quaſi quãdudũ rogem. Verum dic, cuius Glyceriũ eſt? Ita 11 *prædicant,* Pamphilus dicit. Ita' prædicant? repetit irritatus pater. H. An'ne amplius? L. Maximè. Expoſtulat enim multò magis cum eo Simo. 12 O ingentẽ confidentiã 13 Nũ cogitat quid dicat? nũ facti piget? 14 Vide, nũ eius color pudoris ſignũ uſquã indicat? HI. Statim parẽtes ad illud ſpectãt, ex quo optimã concipiant de liberis ſpẽ. Sed perge quã cœpiſti. L. 15 Adeon' impotẽti eſſe animo, ait, ut præter ciuium morẽ, atq; legẽ, et ſui uolũtatẽ patris, 16 tamẽ hãc-

habere ſtudeat cũ ſummo probro? 1 Me miſerũ, dicis? Modò ne id demũ ſenſti Pãphile? 2 Olim iſthuc, olim, cũ ita animũ induxti tuũ, quod cuperes aliquo pacto efficiendũ tibi: eodẽ die iſthuc uerbũ uerè in te accidit. 3 Sed quid ego? 4 cur me excrutio? cur me macero? cur meã ſenectutẽ huius ſolicito amẽtia? 5 an ut pro huius peccatis ego ſupplicium ſufferam? 6 Imo habeat: ualeat: uiuat cũ illa. H. Licet ne pauca? LA. Age, dic, ſino. HI. Cur ſenex nõ placatur? LA. Miro artificio. Obid grauiter in eũ inuehitur hoc pacto. Quid 7 mi pater? ſic me nominas? quaſi tu huius indigeas patris? 8 Domus uxor, liberi inuenti ſunt tibi inuito patre. 9 Quid nunc dices mihi? Ego audiã? quid ego audiã? HI. Deterritus miſer: nunquã ne eſt locutus? L. Eſt: quia 10 ſiuit aliquando ſe exorari: quandoquidẽ reiecit ſe Pãphilus in patrẽ, flens quã familiariter, & ueniã petens. Cuius orationis occipit initiũ. 11 Ego me amare hanc fateor, ſi id peccare eſt, fateor id quoq;: tibi pater me dedo, quiduis oneris impone, impera: 12 nam neq; iſthic, neq; alibi tibi uſquam erit in me mora. 13 Vis me uxorẽ ducere? hãc uis amittere? ut potero ferã. 14 Hoc modò te obſecro, ne credas à me allegatũ hunc ſenem. HI. Dedit ergo ei ueniam? L. Dedit: quoniam æquum poſtulabat. HI. Habuit ei pro iſthoc gratiam? LAT. Habuit: & ob beneficium in ſe collatum genitori ſuo his uerbis (ut filij ſolent) quodammodo blanditur. 15 Dij me pater omnes oderint, ni magis te,

1. Obiectio, à ſubie[cto]
2. Epanalepſis.
3. Eclipſis.
4. Anaphora.
5. Antipophora.
6. Antipophora: cuius hæc eſt reſpõſio.
7. Polyptoton.
8. Zeuma.
9. Frequentes obiectiones.
10. Simo.
11. Conceſſio.
12. A ſubiecto.
13. Conceſſio.
14. Prolepſis.
15. Optatio.

quàm oculos nunc amo meos. Abi tu potiùs do-
*1. A comparatis.*
mum, ac deos cõprecare: nam tibi eos certò ſcio, 1
quò uir melior es, quàm ego, obtemperaturos ma
gis. Poſtea ego ibo intro, & quæ opus erunt, pa-
*2. Obiectio.*
rabuntur. 2 De illo, ex quo dudum egiſti mecum
*3. Breuis ſolutio.*
iuuene: 3 abijt, nauem aſcendit, perijt. H I. Plurâne
de patre uerba facit? L A. Etiam: quò maiores gra
*4. Proſopopœia.*
tias ei referre uideatur, & muneris accepti eſſe
memor: inquienſq; in hunc modum. 4 Quid hoc
*5. Addubitatio.*
eſt negotij? 5 hoc eſt patrem eſſe? 6 aut hoc eſt fi
*6. Epiphonema.*
lium eſſe? 7 Si frater, aut ſodalis eſſet, qui magis
*7. A comparatis.*
morem gereret? 8 Hic non amandus? 9 hiccine
*8. Concluſio.*
*9 Metaphora.*
non geſtandus in ſinu eſt? 10 Hem, itaq; adeò ma
gnam mihi iniecit ſua commoditate curam, ne for
tè imprudens faciam, quod nolit: ſciens cauebo. H
*10. Concluſio.*
11 Nunc tuum eſt officium, Latine, ut ſeruulorũ
fallacias quàm primum expedias, quid quiſq; cum
*11 Tranſitio ad ſequentia, abſoluta tractatione de liberis & genitoribus.*
hero ſuo agat, quid cum illo conſilij captet, quis
frugi eſt, quis deniq; ſuo bene functus fuerit offi-
cio. 12 Tute ipſe his rebus finem perſcripti, pro-
*12. A cauſa ſponte.*
pe adeſt, de malo & optimo famulo differendum
eſt tibi. Nã quis quæſo relictus eſt parẽtibus locus
*13. Obiectio.*
obiurgãdi filios? 13 Ita amabò deinceps facias
*14. Ab adiunctis.*
uelim. 14. Hominem maximi pretij eſſe te, hodie
iudicaui animo meo. 15 Et tibi ob eam rẽ, ſiquid
*15. A fine.*
uſu uenerit, lubens benefaxim. Atque hoc uerũ eſt,
*16. A ſubiecto.*
16 ipſa re experiêre propediem. L A. Gratiã ha-
beo. Quin tu hæc audi, & quæſo facito tecum co-
*17. Summa rerũ copia beneuolentia captatur.*
gites. 17 Hanccine uitam? hoſcine mores?
hanc

1 Hanc dementiam? uxor ſine dote ueniet? intus pſaltria eſt: domus ſumptuoſa: adoleſcens 2 luxu perditus: ſenex delirans: auarus leno: edax paraſitus: miles glorioſus: matrona bona: meretrix mala: ſycophanta aũt impudens: 3 ipſa ſi cupiat Salus, ſeruare prorſus non poteſt hanc familiam. In animo uerè cogitare, & mihi & tibi dempſeris moleſtiam. 4 Mitto rem, conſuetudinem ipſorum: ſed, ne aſsiduè iiſdem perſonis uti per fictionẽ oporteat, id dico. HI. Mane: ſcio: 5 iſthuc ibam. Nẽpe multa in homine ſigna inſunt, ex quibus cõiectura facilè fit, duo cùm idem faciunt ſæpe, ut poſsis dicere, hoc licet impunè facere huic, illi non licet: nõ quòd diſsimilis res ſit, ſed quòd is, qui facit. LA. 6 Pari etiam ratione in ſeruulorum uulgo, alius eſt, qui interturbat omnia, mala mens, 7 malus animus, & ſimul ſceleratus, qualis Simonis Dauus: quem ipſe credit manibus, pedibuſq; obnixè omnia facturum, magis id adeò ſibi ut incommodet, quã ut obſequatur gnato: alius uerò ſolus omnem familiam alit. 8 Id propterea tam apertè Simo minatur ei. 9 Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptijs fallaciæ conari, quò fiant minus: aut uelle in ea re te oſtendere, quã ſis callidus, uerberibus cæſum te in piſtrinum, Daue, dedã uſq; ad necem. 10 Ea lege, atque omine, ut ſi te inde exemerim, ego pro te molam. 11 Quid? hoc intellextin'? an nõdum etiã, ne hoc quidẽ? 12 Vbiuis facilius paſſus ſim, quã in hac re me deludi 13 Irrides? nihil me fallis:

*1. Hac congeries Aſyntheto attollitur.*

*2. Epitheta.*

*3. Epiphonema.*

*4. Prateritio.*

*5. Explicat Hiſpanus ſe prateritionem intelligere ab exemplo.*

*6. Diuiſio rerum, de quibus eſt agendum, occaſione ex ſuperioribus ſumpta.*

*7. Deſcriptio mali ſerui ab adiunctis, & effectis.*

*8. Prima pars diuiſionis verſatur circa malos ſeruos.*

*9. Proſopopæia: ſyllog. hypo. ad incõmodum.*

*10. Alius ſyllogi. hypo. ad incõm.*

*11. Addubitatio.*

*12. A diſſentaneis*

*13. Antipophora.*

fallis: ſed dico tibi, ne temerè facias: neq; tu haud

*1. Elegans dicendi formula.*

dicas, tibi non prædictum: caue. HI. Nihil circui-
tione uſus eſt. 1 Bona uerba quæſo. Nam antea
neſcio quas ambages narrabat: ſiquis magiſtrũ cœ-

*2. Adagium Enigmate plenum.*

pit ad eam rem improbũ, ipſum animũ ægrotum
plerunq; ad deteriorẽ partẽ applicat. 2 Dauus e-
nim erat, non Oedipus. Antequã igitur intendat

*3 Proſopopœia & propoſitio.*

in ſenẽ fallaciã, quid machinatur? LA. Seipſũ cõſu-
lit priuatim in hunc modũ. 3 Enimuerò Daue, ni-

*4. Ab autoritate.*

*5. Syllo. hyp. diſiũctus ad incõmodũ.*

hil loci eſt ſegnitiæ: neq; ſocordiæ quantũ intelle-
xi modò ſenis 4 ſententiã de nuptijs: 5 quæ ſi nõ

*6. Propoſitio diſiũcta, ex qua fit dilemma.*

aſtu prouidentur, me, aut herũ peſſundabunt. Nec
quid agã, certũ eſt: 6 Pãphilũ ne adiutem, an au-
ſcultẽ ſeni. 7 Si illũ relinquo, eius uitæ timeo: ſin

*7. Syllo. diſiũctus, qui vocatur dilemma.*

opitulor, huius minas: cui uerba dare difficile eſt.
8 Primũ iam de amore hoc cõperit. HI. Quãdo?

*8. Confirmat ſenis partem.*

L. Vbi eũ uocauit: cui dixit: meũ gnatũ rumor eſt
amare? H. Quid ille? L. 9 Id populus curat ſci-

*9. Inſignis ironia.*

*10. Ab effectu.*

*11. A fine.*

licet. 10 Deinde (ait Dauus) me infenſus ſeruat:
ne quã faciã in nuptijs fallaciã Si ſenſerit, perij. H.
Quas igitur partes ſibi agere proponit? L. Ado-
leſcentis: lætumq; nuntiũ adfert Pamphilo, 11 ut

*12. Dilatatur propoſitio ſuperior dũ agitatur utraque contradicens.*

metũ, in quo erat, adimat, atq; expleat animũ gau-
dio. 12 Audiente autẽ hoc ipſum Charino, inquit.
Lætus eſt, neſcio quid. Sed nihil eſt: nondum hæc
reſciuit mala. H. Non uocabatur à Pamphilo, u-

*13. Quæſtio in genere perſuadendi.*

bi dixit Charinus, audin' tu illum? ceſſas alloqui?
LA. Optimè, & clara uoce: Daue ades, reſiſte.
13 Obſecro te quàm primùm hoc me libera mi-

ſerũ

ſerum metu. HI. Poſteà Dauus quid? LA. Hem
1 libero. 2 Vxorem tibi iam non dat Chremes: ſcio. 3 Tuus pater modò me prehendit: ait, tibi uxorem dare ſe hodie. Continuò ad te properans percurro ad forum, ut dicam tibi hæc. Vbi te non inuenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum: circunſpicio: nuſquam. Forte ibi uideo Byrrhiam. Rogo: negat uidiſſe: mihi moleſtum. 4 Redeunti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio. Hem, paululum obſonij, ipſus triſtis, de improuiſo 5 nuptiæ non cohærent. 6 Egomet continuò ad Chremem, cùm illò aduenio, ſolitudo ante oſtium: iam id gaudeo. Maneo, intereà introire neminem uideo: exire neminem: matronam nullam, in ædibus nihil ornati, nihil tumulti, acceſſi intrò, aſpexi. 7 Magnum ſignum. Certa res etiam eſt, nam puerũ inde abiens conueni Chremis, olera, & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni. HISP. Hinc Dauus quid colligit? LAT. Vt perſuadeat Pamphilo, dicat patri, ſe uelle uxorem ducere. Tractat enim cauſam accuratè, hac ratione. 8 Si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet, tum illæ turbæ fient. Pater eſt Pamphile, difficile eſt, tum hæc ſola eſt mulier: inuenerit aliquam cauſam, quamobrem eijciat oppido. 9 Cedò, quid iurgabit tecum? hìc reddes omnia, quæ nunc ſunt certa ei conſilia, incerta

1. Conſequens.
2. Antecedens enthymematis.
3. Antecedens oſtẽdit ab autoritate: quam cõfirmat & amplificat contradicenti antecedentis: cõtradicenteq; amplificat Dauus hiſtoria quadã ab effectis.
4. Nũc moſtratur, cõtradicentem antecedentis eſſe falſam ab adiũctis & à ſubiecto.
5. Concluſio.
6. Rurſus idem moſtratur à ſubiecto & adiunctis.
7. Concluſio ueriſimilis, quã nititur Dauus oſtendere eſſe neceſſariã ab adiũctis.
8. Cùm igitur Dauus probarit ex ſua ſententia Simonem nolle, ut Pamphilus ducat uxorem: ſed ſimulare: laborat nunc perſuadere eidem Pãphilo, ne contradicat patri ſuo, ad incommodum ſyllog. hypo. & à relatis & adiunctis. 9. Refutat obiectiones, à contradicentibus.

incerta ut ſient, ſine omni periculo. 1 Patri igitur dic uelle, ut cũ uelit tibi iure iraſci non queat. 2 Nam quod tu ſperas, propulſabo facilè. 3 Vxorem his moribus dabit nemo: inueniet inopem potius, quàm te corrumpi ſinat. 4 Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligētem feceris: aliã otioſus quæret interea, aliquid acciderit boni. 5 Haud dubium id quidem eſt. 6 Sed pater adeſt : caue te eſſe triſtem ſentiat. 7 Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges. Venit meditatus alicunde ex ſolo loco, orationē ſperat inueniſſe ſe, qua diſferat te: 8 proin' tu fac, apud te ut ſies. 9 Crede mihi hoc, inquam Pamphile, nunquam hodie tecũ commutaturum patrem unum eſſe uerbum, ſi te di ces ducere. 10 Ne obijcias: uide quò me inducas. Nam curabitur, modò ut poßim. HI. Simulat ne cõſilium callidũ hero ſuo? LA. 11 Hoc fit, Simone interrogante ſequenti oratione. Nũ illi moleſtæ quidpiã hæ ſunt 12 nuptiæ, propter huiuſce hoſpitæ conſuetudinē? 13 Nihil hercle, dicit: aut ſi adeò, bidui, aut tridui eſt hæc ſolicitudo : noſtin'? deinde deſinet. 14 Dum licitum eſt ei, dumq; ætas tulit, amauit. 15 Tum id clàm: cauit, ne unquam ea res ſibi eſſet infamiæ, ut uirum fortem decet: 16 nunc uxore opus eſt, animum ad uxorem appulit. 17 Si ſubtriſtis uiſus eſt aliquantulum, 18 nihil propter hanc rem : ſed eſt quod tibi ſuccenſeat. Vix inquit, drachmis obſonatus eſt decem. 19 Nũ filio uidetur uxorem dare? Quam quidem ſimulationē

*1. Concluſio ad incommodum.*
*2. Prolepſis.*
*3. Ab adiunctis.*
*4. Contradicens cõcluſio ſuperiori, ab effectis.*
*5. Certam vult eſſe concluſionem.*
*6. Hæc verba ab adiunctis certiorem reddunt probationem.*
*7. Ab autoritate, quam confirmat ab adiunctis.*
*8. Concluſio.*
*9. A teſtimonio.*
*10. Prolepſis bis iterata.*
*11. Proſopopœia.*
*12. Metonymia. 4. modi.*
*13. Excuſatur Pamphilus.*
*14. A ſubiecto.*
*15. Ab adiunctis.*
*16. Concluſio ſimulata.*
*17. Expulſio.*
*18. Prolepſis, quæ ſoluitur per ſuſtentationem ab adiũ.*
*19. Epicherema.*

ſationem ſubolet pater, quia de uia ſenſit adoleſcē tē grauidā părere, quo Chremetē abſterreant. Sic miratur Simo. 1 Hui tam citò? ridiculū caput: poſtquā ante oſtiū audiuit me ſtare, appròperat. 2 Non ſat commodè diuiſa ſunt tēporibus tibi, Daue, hæc. 3 Hiccine me ſi imparatū in ueris nuptijs adortus eſſet, quos mihi ludos redderet? Quapropter Simo Dauum conuenit. 4 Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te eſſe ortum? 5 O Daue, ita ne contemnor abs te? aut ita ne tandem idoneus tibi uideor, quem tam apertè fallere incipias dolis? Saltē occuratè, ut metui uidear. 6 Certè ſi reſciuerim? Edixin' tibi? interminatus ſum, ne faceres? nū ueritus? quid retulit? 7 Credo ne tibi hoc, hanc peperiſſe è Pamphilo? Quid taces? HI. Quid potuit reſpondere ueteratur ille? L. 8 Teneo quid erret, quid ego agā, habeo. Tū cum Simone. 9 Quid credas? Quaſi non tibi renūciata ſint hæc ſic fore. Renunciatū eſt. Quì iſthæc tibi incidit ſuſpectio? 10 Quaſi tu dicas, factum id conſilio meo. 11 Non ſatis me noſti, qualis ſim Simo. 12 Sed ſi quid narrare occepi, continuò tibi dari uerba cenſes. 13 Itaq; hercle nihil iam mutire audeo. H. An'ne texit hinc bonā huius fabulæ partem? L. De fallacia dicis? facit equidem ſeruus callidè ſimilibus. Intellextin'? 14 Sed nihilo ſecius mox deferent puerum huc ante oſtium. Id ego iam tibi renuncio here futurum, ut ſis ſciens: ne tu hoc poſterius dicas: Daui factum conſilio, aut dolis.

*1. Proſopopœia: quā negatur ſimulatio à ſubiectis.*

*2 Apoſtrophe.*

*3. Entymema.*

*4. Entymema.*

*5. Exclamationes, quibus inuehitur Simo in Dauum.*

*6. Oratio imperfe.*

*7. Concluſio factæ ſimulationis negatur.*

*8. Ait Dauus ſecū*

*9 Excuſat ſe Dauus refellens Simonis argumenta ſyllogiſmo hypot.*

*10. Aperta Simonis concluſio.*

*11. Ab adiunctis.*

*12. Aſſumptio.*

*13. Complexio.*

*14. Quò fiat Daui veriſimilior excuſatio, rurſus fabulam narrat.*



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

1 Prorſus à me opinionẽ hanc ego eſſe amotã uo-
lo. Irridetq; poſt modum ſenem: ipſe tamen eludi-
tur. Dicebat enim ſenex. Ea gratia ſimulaui, uos
ut pertentarem. H. Dauus? L. Reſpondet: 2 uide,
nunquã quiui ego intelligere. Vah, conſiliũ calli-
dũ! H. 3 Fallacia alia aliam trudit. L. Non fal-
ſò: nam 4 hic Dauus ſuo ſibi gladio iugulauit
ſe. Quare ad ſe reuerſus loquitur. 5 Nullus
ſum. 6. Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinũ re-
cta proficiſcar uia? 7 Nihil eſt preci loci reli-
ctũ, 8 iam perturbaui omnia: herũ fefelli: in nu
ptias conieci herilem filiũ: feci, hodie ut fierent in
ſperante hoc, atque inuito Pãphilo. 9 Hem aſtu
tias: 10 quòd ſi quieſſem nihil eueniſſet mali. Sed
eccũ ipſum, occidi. 11 Vtinam mihi eſſet aliquid
ſinas.ſic eſt ingenium. Abeuntes ambo hinc tum
1. Exclamatio. ſenes me filijs relinquunt quaſi magiſtrum. Da-
2. Allegoria. uus. 1 O Geta, prouinciam cœpiſti duram. Ge-
ta. Memini relinqui me 2 Deo irato. Cœpi ad-
3. Præteritio. uerſari primò: 3 quid uerbis opus eſt? Seni fi-
delis dum ſum ſcapulas perdidi. Dauus. Venêre
4. Prouerbia duo admodum inter ſe diſtincta. in mentem iſthæc mihi: nam quæ inſcitia eſt, 4
Aduerſum ſtimulum calces? Geta. Cœpi his om-
nia facere, obſequi quæ uellent. Dauus. Sciſti uti
5. Tranſitio ad ea quæ de mulieribus aguntur. foro. LA. 5 Quid aliud nunc reſtat, præterquã
de matre & filia cum ancilla, tibi dicere? LAT.
Concedo. Expreßit ergo, ut tu hinc intelligas,
acutè Terentius matronarum mores huiuſmodi
tamen, quæ aut uiros ſuos timeant, aut illorum
non illas pudeat. HI. An'ne ſolicita eſt aliqua?
6. Ab exemplo. LA. Ita, & timida: 6 qualis Soſtrata, quæ hoc
ſermone utitur. Hîc ego uirum operibor, & me
7. Proſopopœia. uolt: uidebo quid uelit. Hoc timeo, mihi dicet: 7
8. Polyptoton. næ iſta hercle magno iam conatu 8 magnas nu
9. Apoſtrophe. gas dixerit. 9 Mallem reſponderes Chreme,
loquere quid uelis. Quãdo igitur mihi hoc das,
10. Expellit ſuſpicionem. dicam. 10 Primùm hoc te oro, ne quid credas
me aduerſum edictum tuũ facere eſſe auſam. HI.
11. Epicherema. 11 Vin'me (ago enim Chremetis partes) iſthuc
tibi (etſi incredibile eſt) credere? Neſcio quid
peccati portet hæc purgatio. Age Soſtratã. LA.
Meminiſti me eſſe grauidam, & mihi te magno-
12. Syll. hyp. à cauſa non ſponte. pere interminatum, ſi puellam parerẽ nolle tolli?
Subſtuli tamen: 12 ſi peccaui mi uir, inſciens
feci

feci. HI. Id quidem ego, etſi tu negas, certò ſcio, te inſcientem, atq; imprudentem dicere, ac facere omnia: 1 tot peccata in hac re oſtendis. 2 Nam iam primùm, ſi meum imperium exequi uoluiſſes, interemptam oportuit, non ſimulare mortem uerbis, reipſa ſpem uitæ dare. 3 At id omitto: miſericordia, animus maternus, ſino. 4 Quã bene uerò abs te proſpectum eſt: quid uoluiſti? Cogita, nempe anui illi prodita abs te filia eſt planißimè, per te 5 uel uti quæſtũ faceret, uel uti ueniret palàm. 6 Credo id cogitaſti, quiduis ſatiùs eſt, dũ uiuat modò. 7 Quid cum illis agas, qui neq; ius, neq; bonum atq; æquum ſciunt? 8 Melius, peius, proſit, obſit, nihil uident, niſi quod lubet. LA. Plura quàm exiſtimaram, memoriter recitaſti. HI. Millies memoriæ mãdaui. Sed age, quid tum Soſtrata? LA. Suam profitetur culpã. 9 Mi Chreme, peccaui, fateor, uincor: nunc hoc te obſecro, 10 quantò tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior, ut meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidij. HI. 11 Scilicet equidẽ, iſthuc factum ignoſcam. 12 Verùm Soſtrata malè docet te mea facilitas multa. 13 Sed iſthuc quidquid eſt, qua hoc occeptum eſt cauſa? LAT. Vt ſtultæ, 14 & miſerè omnes ſumus religioſæ: cùm exponendã do illi, de digito anulum detraho, & eum dico ut unà cum puella exponeret. 15 Si moreretur, ne expers partis eſſet de noſtris bonis. Huic equidem conſilio, Latine, 16 palmam

1. *Ab adiunctis.*
2. *Syllo. hyp. ad incommodum.*
3. *Præteritio.*
4. *Licentia, & ironia.*
5. *A diſiunctis.*
6. *Prolepſis.*
7. *Apoſtrophe ad ſeipſum per epicherema.*
8. *A cõtrarijs per inductionem.*
9. *Proſopopœia.*
10. *A comparati*
11. *Ironia.*
12. *Licentia.*
13. *Apoſtrophe*
14. *Narratio.*
15. *Ad incõmodũ.*
16. *Metaphora.*

1. *Ab adiunctis.*
2. *Exemplum ſecũdũ de mulieribus.*
3. *Exclamatio.*
4. *A pari.*
5. *Dilatatio propoſitionis ſuperioris.*
6. *Allegoria.*
7. *Auxeſis.*
8. *Solutiones obiectionum.*
9. *Optatio.*
10. *Ab effectis.*
11. *Anaphora ad contumeliam.*
12. *A repugnantibus.*
.. *Occupatio.*
14. *Altera pars occupationis, quæ in ſolutione verſatur.*
15. *A pari.*
16. *Apoſtrope.*
17. *Ad incõmod.*

*ego do: 1 ſi bonã atq; iuſtam rem opidò uir imperauerit, & factu facilem.* LA. *Sed porrò quod ſupereſt uxoris, uide.* 2 Laches obiurgat coniugem ſuam. 3 *Prò deûm atq; hominũ fidẽ, quod hoc genus eſt? quæ hæc coniuratio? 4 ut omnes mulieres eadem æquè ſtudeant, nolintq; omnia? neq; declinatum quicquam ab aliarum ingenio ullam reperies? 5 Itaq; adeò uno animo omnes ſocrus oderunt nurus: uiris eſſe aduerſas æquè ſtudium eſt, ſimilis pertinacia eſt. 6 In eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ ad malitiam. 7 Et ei ludo, ſi ullus eſt, magiſtram hanc eſſe ſatis certò ſcio. 8 Adhuc dicis, unà inter nos agere ætatem liceat, 9 dijq; mala prohibeant? Tu immeritò es à me accuſata? An quidquam pro iſtis factis dignũ te dici poteſt? 10 quæ me, & te, & familiam dedecoras: filio luctum paras: tu autem, ex amicis inimici ut ſint nobis affines, facis: qui illum decrêrunt dignum, ſuos cui liberos committerent: 11 tu ſola exorêre, quæ perturbas hæc tua impudentia. Tu, inquam, mulier, 12 quæ me omnino lapidem, haud hominem putas. 13 At quia ruri eſſe crebrò ſoleo, neſcire arbitramini, quo quiſq; pacto hìc uitam ueſtrorum exigat? 14 Multò melius hìc quæ fiunt, quàm illic ubi ſum aßiduè, ſcio. 15 Ideò quia ut uos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. 16 Iam pridẽ equidẽ audiui cœpiſſe odium tui Philumenam: minimeq; adeò mirum. 17 Et ni*

id

id feciſſet, magis mirum foret. Sed non credidi
adeò, ut etiam totam hanc odiſſet domũ. Quod
ſi ſciſſem, illa hîc maneret potius, tu hinc eſſes fo
ras. At uide quàm immeritò ægritudo hæc ori-
tur mihi abs te. 1 Rus habitatum abij, concedẽs 1. A ſubiecto.
uobis, & rei ſeruiens: ſumptus ueſtros, otiumq́;,
ut noſtra res poſſet pati, 2 meo labori haud 2. A diſſentaneis.
parcens, præter æquum atq; ætatem meam. Non
te pro his curaſſe rebus, ne quid ægrè eſset mihi? 3. Concluſio.
3 In te ſola omnis hæret culpa. 4 Quæ hîc 4. A pari.
erãt, curares: cùm ego uos ſolui curis cæteris. 5 5. Epicherema.
Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias non pu-
det? 6 Illius, dices, culpa factum. Veſtrarũ nulla 6. Prolepſis.
eſt, quin gnatum uelit ducere uxorem: & quæ uo
bis placita eſt conditio, datur: ubi duxêre impul
ſu 7 ueſtro, ueſtro impulſu eaſdem exigũt. Ego
ſum animo leni natus: diligentiam ueſtram & be 7. Anadiploſis.
nignitatem noui. 8 Satis ut meæ domi curetur 8. A diſsentaneũ.
diligenter. 9 Si uis uerò ueram rationẽ exe-
qui, non 10 maximas, quæ maximæ ſunt inter- 9. Hoc Latin. pro-
dum iræ, iniurias faciũt. 11 Nam ſæpe eſt, qui- fert.
bus in rebus alius ne iratus quidẽ eſt, cùm de ea- 10. Polyptoton.
dem cauſa eſt iracũdus factus inimiciſsimus. 12 11. Veriſimilis ſententia.
Pueri inter ſe quàm pro leuibus noxis iras ge- 12. A ſimili: nam
rũt? 13 Quapropter? 14 Quia enim qui eos comparantur mu-
gubernat animus, infirmum gerunt. Item illæ mu lieres cum pueris.
lieres ſunt fermè, ut pueri, leui ſentẽtia. Fortaſſe 13. Antip.
unum aliquod uerbum inter eas iram hanc con- 14. A forma.
ciuerit. 15 At ſic citius, quì te expedias his ærũ- 15. Concluſio.

1. *Ad incommodũ.* *nis reperias.* 1 *Si nõ rediſſem, hæ iræ factæ eſſét*
2. *Anacephaleóſis* *ampliores.* 2 Rem *cognoſces:irã expedies:rur-*
3. *Andiſtrophon.* *ſum in gratiã reſtitues.* 3 Leuia *enim ſunt, quæ*
4. *Apoſtrophe.* *tu pergrauia eſſe in animũ induxti tuum.* 4 At
*at,clamorẽ audio.Tute loqueris(reſpõdet uxor)*
5. *Adagium.* *me uetas?* 5 Non *poteram unà omnia,dicit ma-*
6. *Sinecdocha.* *ritus.Et illi aliquid tuliſſe cõminiſcẽtur mali* 6
7. *Ab adiunctis.* *capiti,atq; ætati illorũ,*7 *morbus qui auctus ſit:*
*huius hera in crimen uenit,ego uerò in magnum*
*malum. Neq; alio pacto cõponi poteſt inter eas*
8. *Exemplum.3. de mulieribus.* *gratia.* 8 *Myrrhina quoq; de ſe exemplum præ-*
*ſtat,quæ minus uiro ſuo fuit obſequens.* 9 *Perij*
9. *Proſopopœia.* *(inquit)* 10 *quid agam?quò me uortã?quid meo*
10. *Addubitatio.* *uiro reſpondebo miſera?nam audiſſe uocẽ pueri*
*uiſus eſt uagientis? ita corripuit de repente ta-*
*citus ſeſe ad filiam. Adeò peruicaci eſſe animo?*
Poſtmodum *ambo recõciliantur.* Phidippus *di-*
*cẽs:audaciſsimè oneris quiduis impone, & feret*
11. *Communis ſententia.* *filia.* Bellum *nobiſcum non amplius.* 11 *Solus ho*
*mo amicus amico.* Noli *metuere:* 12 *unà tecum*
12. *A pari.* *bona,malaq; tolerabimus.*Mihi *arg enti tanti o-*
*pus eſt,ſolæ trigintæ minæ.*Et *morbus mihi quo-*
13. *Populorum ſententia ab adiũcto.* *tidie ingraueſcit:* 13 *ſenectus enim ipſa eſt mor*
*bus.*HI. 14 *Memini de expoſtulatione cuiuſdam*
14. *Exemplum.4.* *matronæ in maritum ſuum.* 15 Aedepol,*ait,næ*
15. *Propoſitio.* *nos ſumus mulieres iniquæ æquè omnes inuiſæ*
16. *Ab effectis.* *uiris, propter paucas,* 16 *quæ omnes faciunt*
17. *Optatio per antipophoram.* *dignæ, ut uideamur malo.* 17 Nam *ita me dij*
*ament,quòd me accuſat nunc uir, ſum extra no-*

*xiam*

*xiam. Sed non facilè eſt purgatu, ita animum induxerunt, ſocrus omnes eſſe iniquas.* Haud Pol *me quidem: 1 nam nūquam ſecus habui illam, ac ſi ex me eſſet nata: 2 nec qui hoc mihi eueniat, ſcio.* Niſi Pol *filium multis modis iam expecto, ut redeat domum.* LA. At nunquid aliud? HIS. Nihil equidem. LAT. *3 Sed aliud eſt, ſi placet, quod referamus: de meretricibus nempe, quas, ut dictum eſt, odiſſe oportuit.* 4 Ex his enim quædam minatur, quemadmodum & illa. Syrus mihi tergo pœnas pendet: dormiunt, ego Pol iſtos cōmouebo. Alia eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis. Alia uerò ſimulata maximè, qualis Thais illa, quæ ſic loquitur. 5 Miſeram me, *uereor, ne illud grauiùs Phædria tulerit, 6 ne ue aliorſum, atq; ego feci, acceperit, quòd heri intromiſſus non eſt.* 7 Quis hic loquitur? 8 hem, *tu'ne eras hic mi Phædria? quid hic ſtabas? cur non rectà introibas?* 9 Ne crucia te obſecro *anime mi Phædria.* 10 Non Pol quò quēquam *plus amem, aut plus diligam, eò feci: 11 ſed ita erat res, faciundum fuit.* Parmeno tamē utrunq; *eſſe falſum aſſerit.* Idcirco Thais eum increpat. Sicci'ne ais Parmeno. Age. 12 *Sed, huc qua gratia te accerſi, iuſſi, auſculta Phædria.* HIP. 13 *Sibi canit.* LA. *Præclarè: nam auſcultauit, qui antea triduum non morabatur, & labaſcit, ac tandem Thaidis ipſe uerbis uictus eſt,* neq;

*1. A relatis, & fit Periphraſis.*
*2 Addubitatio.*
*3. Tranſitio.*
*4. Diuiſio tranſitionis.*
*5. Proſopopœia per exclamationem.*
*6. Tollūtur expulſiones.*
*7. Apoſtrophe.*
*8. Dialogiſmus.*
*9. Propoſitio.*
*10. Pellit obiectiones.*
*11. A cauſa non ſponte.*
*12 Apoſtrophe ad Phædriam.*
*13. Prouerbium.*

neq; amplius ab ea ſecum tulit aliquid, nec audiuit, niſi mancipiorum munus ſibi dono datũ magnifieri. Hoc, inquam, memoria ſeruabat Thais: propter quod imperat ſeruæ. 1 Diligẽter Pythias fac cures, ſi Chremes fortè aduenerit, ut ores, primùm ut maneat: ſi id non commodũ eſt, ut redeat: ſi id non poterit, ad me adducito. 2 Quid? quid aliud uolui dicere? Hem, curate diligẽter iſtam uirginem: domi adſitis facite. Hæc etiam Thais auara oſtenditur, quamobrem inquit. 3 Sine ut ueniat: qui ſi illã digito attigerit uno, oculi illico effodiẽtur. Vſqueadeò ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica uerba, 4 uerba dum ſint: uerùm enim ſi ad rem conferentur, uapulabit. HI. Ad Chremetem potiùs hæc omnis res uidebatur attinere: 5 cui ſtudebat ſororem ſuam reddere, neq; quicquam pretij pro illa ab eo repetere Thais putauit. Quin & Chremes erat dicturus: & habetur, & refertur à me Thais, tibi, ita uti merita es, gratia: & nõ tamẽ ci dicere fas fuit: at at at. LA. Verũ eſt, alioquin iure dixit Thais illi. 6 Num formidoloſus obſecro es mi homo? Hoc cogitato, qui cum res tibi eſt, 7 peregrinus eſt, 8 minus potẽs, quàm tu, minus notus, amicorum hîc habens 9 minus. HI. His rectè ſatisfecit Chremes. Scio iſthuc. 10 Sed tu, quod cauere poſsis ſtultum admittere eſt. Malo ego nos proſpicere, quàm hũc ulciſci accepta iniuria. 11 Tu abi domum, atque

oſtium

1. A repugnantibus.
2. Conſultatio.
3. Proſopopœia, qua ſecundò agitur de meretricum ingenio, ad incom.
4. Correctio.
5. A fine.
6. Propoſitio.
7. A ſubiecto.
8. A diſſentaneis.
9. Symploce.
10. Celebris ſentẽtia.
Sapientis dictum.
11. Apoſtrophe.

oſtiũ obſera intus, ego dum hinc tranſcurro ad forum: uolo ego adeſſe hic aduocatos nobis in turba hac. LA. Sed Thais aliter ſentit, ſcilicet. Nihil eſt opus iſtis. 1 Si uim faciet, in ius ducito hominem: probè intellextin'? 2 Fac animo præſenti hæc dicas. At, tolle palliũ. Perij. 3 huic ipſi eſt opus patrono, quem defenſorem paro. 4 Sanè quod tibi nunc uir uideatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. 5 Illud eſt ſapere, ut hoſce inſtruxit in agmine, ipſus ſibi cauit loco. Fundam, ait, tibi nũc nimis uellem dari, ut tu procul hinc ex occulto cæderes: faceret fugam. Dicã Thraſoni. 6 Caue ſis, neſcis cui malè dicas nunc uiro. 7 Non tu hinc abis? Scin'tu, ut tibi res ſe habeat? 8 ſi quicquam hodie hic turbæ cœperis, faciã, ut huius loci, dieiq;, meiq; ſemper memineris. 9 Miſeret me tui, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi. 10 Diminuam ego caput tuum, hodie, niſi abis. Non cognoſco ueſtrum tam ſuperbũ. Miles edico tibi, ſi in platea hac te offendero poſt unquam, nihil eſt quod dicas mihi, alium quærebam, iter hac habui: periſti. 11 Nec dicas, noui ingenium mulierum: 12 nolunt, ubi uelis: ubi nolis, cupiunt ultrò. Minimè te cõſpicar in his regionibus. HI. Phædriæ perſonam uiſa eſt mihi Thais ſuſtinere. LA. Ita eſt. 13 Cæterum cum hoc finem faciam, quod de ancillis adduxero. Famulæ, inquã, dominarũ dictis ex profeſſo pareant, & huius Myſis more incedant

1. *Ad incõmodum.*
2. *Licentia.*
3. *A contrarijs.*
4. *A ſimili.*
5. *Ironia.*
6. *Suſtentatio.*
7. *Mimæ.*
8. *Ad incõmodum*
9. *Aſſentatio.*
10. *Ad incõmodũ*
11. *Occurrit obiectionibus.*
12. *Nota ſententia.*
13. *Trãſitio ad ea, quæ ſuperſunt.*

1. *Anadiploſis.*

*incedant: cuius iam tibi uerba adſcribā.* 1 *Vbi ubi erit inuentum tibi curabo, & mecum tuum Pamphilum adductum: tu modò anime mi noli te macerare.* 2 Hanc ſibi expetiuit, contigit: cõueniunt mores. 3 *Valeant qui inter eos diſsidium uolunt:* 4 *hanc niſi mors illi adimet nemo.* Reſipiſco. 5 Non Apollinis *magis uerum, atque hoc reſponſum eſt.* 6 *Si poterit fieri ut ne pater per illum ſtetiſſe credat, quò minus hæ fierēt nuptiæ, uolo: ſed ſi id nõ poterit, id faciet in procliui quod eſt, per illum ſtetiſſe ut credat. Sat habeo.* 7 *Quis igitur relictus eſt,* Hiſpane, *exercendi & transferendi locus* Latinè, *notatu præſertim dignus?* HI. *Me rogas?* 8 *Videbam enim me olim ſentum, ſqualidum, ægrũ, pannis, annisq́; obſitum in tractanda, atq; ſectanda re literaria, & ſub pædagogo: hem, quò redactus eram:* 9 *omnes noti me, atq; amici deſeruerunt: ſimul cõſilium cum re amiſſeram.* Ipſum *geſtio dari mihi in conſpectũ, nunc ſua culpa, ut ſciat lenem diſcipulum illum factũ eſſe acerrimũ.* 10 *Nunc uideo me eodē ortũ loco:* 11 *qui color, nitor, proprietas, ornatus orationis?* Videre *mihi uideor, hoc ut fieret, hanc rem ſolam eſſe remedio: quale hoc* Terētianũ *legi.* 12 *Vbi nominabit Phædriã: tu* Pamphilã *cõtinuò. Si quãdo illa dicet, Phædriã intromittamus comeſſatũ: tu,* Pamphilam *cantatũ prouocemus. Si laudabit hæc illius formam: tu huius contrà.* 13 Deniq; *par pari refer*

2. *Secũ loquitur.*
3. *Apoſtrophe.*
4. *Ad incõmodũ.*
5. *Sermo antiquus in re certa.*
6. *Syllo. hypotetic.*
7. *Tranſitio quę fit ex tertia parte huius libri nempe cõfirmatione ad epilogum.*
8. *Allegoria hic locus eſt plenus.*
9. *Ab effectis.*
10. *A diſſentaneis*
11. *Ab adiunctis.*
12. *Ab exemplo oſtendit* Hiſpa. *qua methodo exercitatus ex hac diſputatione euaſerit.*
13. *Concluſio per inductionem.*

to, quod eam mordeat. 1 Sic, quando illud, quod tu das eò ſpectat, ut ſciã quem fructũ ex mutuo ſermone capere poßim, ne quãdo iratus aliò me conferre cogar. Bene enim dixti hactenus. LA. 2 Item alia multa poterã, quæ nunc nõ eſt narrãdi locus. Quaſi de improuiſo hæc reſpexi. Quare nobis condonandũ. HI. Imo gratulandũ. quia alium cenſes nũc me, atq; olim, cùm dabas primordia. 3 Palàm beatus. LA. 4 Num ille ſomniat, quæ uigilans uoluit? H. 5 Omnia apparata ſunt in hoc cõuiuio. 6 Nihil eſt, quòd dubitẽ: nam dũ in dubio eſt animus (ut dici ſolet) paulo momẽto huc, illuc impellitur. Iam dudum res reduxit me ipſa in gratiã: audiui enim millies quæ mihi erãt cordi. Bene factũ: in tempore ipſo mihi adueniſti. Labore enim tuo hoc grauißimo magnam partam gloriã uerbis ſæpe in ſe tranſmouet, 7 qui habet ſalem, quod in te eſt. LA. Habes. HI. 8 Rex te ergo in oculis: & meritò conſilia omnia credere debet, & ſatis tutò. L. Imo ſicubi me ſatietas hominũ, aut negotij ſi quãdo odiũ ceperit, requieſco ubi uolo. HI. 9 Sic homo eſt perpaucorũ hominũ. L. Sic ſe habent principia ſeſe, uti dixi: ex quibus noſtra omnis 10 fluxit oratio. 11 Verùm quid eſt, quòd ſic geſtis? quid'ue ſibi hic ueſtitus quærit? quid eſt, quòd lætus ſis? 12 quid tibi uis? ſatin' ſanus? quid me aſpectas? quid taces? H. 13 O feſtus dies hominis! L. Omitte de te dicere. H. Imo dũ uiuã ſemp tui memor ero. Neq; enim

1. Hoc dicit Hiſpa- propter magiſtrum quem habuerat.

2. Quia impudica ſunt, & quæ ad exercitationem huius linguæ nõ multum valent.

3. Adagium.

4. Hæc ſecum.

5. Allegoria.

6. Sententia peruulgata.

7. Dictum facetè.

8. Hæc omnia verò in Latini laudem dicuntur.

9. A dißimili.

10. Metaphora.

11. Apoſtrophe ad laudandum tantũ commodum.

12. Anaphora.

13. Exclamatio.

enim poſſum ſatis narrare, quos, & quãtos mihi fructus præbueris, te tantæ rei autore? 1 Nemo hercle quiſquã eſt me fortunatior: 2 nam in me planè dij poteſtatem ſuam omnẽ oſtendêre, 3 cui ſubitò tot congruerint commoda. 4 O Latine mi, ô mearum uoluptatum omnium inuẽtor, inceptor, 5 perfector. 6 O pater omnipotẽs ſerua obſecro hæc nobis bona. 7 Sic paulatim plebem primulùm fecero meã: & bene procedit. LA. Bonus es, cùm hæc exiſtimas. HI. Quid nũc quod reſtat? LA. 8 De te largitor puer. 9 Sed ſi mihi fidem das te taciturum, 10 dicam. HI. 11 Ha, noli Latine, quaſi non multò malis narrare hoc mihi, quàm ego, quæ percontor, ſcire. 12 Si quando ad te aliquis confabulatum acceßit, fugiſti'ne è conſpectu illico? 13 Ad fores igitur accede proprius. LA. 14 Hoc, quod nunc uenit in mentem. Quæ fors fortuna eſt, inquit, nobis, quæ te hodie obtulit? HI. Quis homo eſt? nõ noui hominis faciem. Huc euoca, rogo, uicinum iſtum meis uerbis: & exple animũ his. LA. Quibus? 15 Hoc unum uelim, tecum habeas. Nihil apud me tibi defieri patiar, quod opus ſit, quin benignè præbeatur. HI. Sat habeo. 16 Felix ſum, ſi hoc ita eſt: quia ab Orco mortuũ me reducem in lucem feciſti: nec ſinam te ſine munere à me abire. 17 Sed dico, an temerè quicquam te prætereat, quod factu, & ſcitu opus ſit? Meo autẽ arbitratu, 18 ad unguẽ dixſti. LA. Sic tenuit er

1. A diſſentaneis.
2. A cauſis abſolutis.
3. Ab adiunctis.
4. Frequentes exclamationes in peroratione.
5. Mira auxeſis.
6. Apoſtrophe.
7. Complexio.
8. Adagium.
9. Præparatio ad ea, quæ ſequũtur.
10. Concluſio.
11. Antecedens à comparatis
12. A pari.
13. Concluſio per allegoriam.
14. Interrogat Latin. parœmia, ita addit, inquit, quod non intelligens Hiſpa. aliter reſpondet.
15. Lat. præbet ſe obſequentem, ut hactenus.
16. Metap. ſyll. hypo. quem probat à priuãtibus quodã prouerbio.
17. Apoſtrophe
18. Adagium.

tenuiter:& ut ſoleo,ſic ſatis. Nunquid me aliud uis?HI. Vt benè ſit tibi. LA. 1 Hem, iſthuc ſeruaſti,& uerbum uerbo reſpondiſti, nec te iratus tuis dictis ſæuis protelaſti. HIP. 2 Quicquid præter ſpem euenit, omne id deputabo in lucro. Non iam depeciſci mortem cupio. 3 Ecce autem ſimilia omnia: 4 omnes congruunt formulæ, ſi unam cognoris, omnes noueris. 5 Ad te ſumma ſolùm, Latine, rerum rediit: tute hoc intriſti, 6 tibi omne eſt exedendum negotium: 7 accingere. 8 Iam enim mihi inſtructa ſunt corde conſilia omnia: alijs non item fortaſſe. 9 O uir fortis, atq; amicus. 10 Verùm hoc ſæpe, Latine, uereor, ne iſthæc fortitudo in neruum erumpat. LA. Ah, non ita erit: factum eſt periculum, 11 iam pedum uiſa eſt uia. 12 Dices: quot me cenſes homines deuerberaſſe uſque ad necem hoſpites? HI. Quî iſthuc? LA. 13 Quia nõ recte accipitri tẽditur, neq; miluio, qui malè faciũt nobis: illis, qui nihil faciũt, tẽditur: quia enim in illis fructus eſt, in his opera luditur. 14 Quod recitauit Phormio bonorum extortor, legũ contortor: qui nõ habet quod det, niſi ſpem meram: qui malè alijs deprecatur, abi in malam crucem, dij te extorqueant, dij te perdant, aut dij te extrudant. 15 qui multa conuitia in memoriam redigit: qui ſuam ætatem reſpicit: qui paratus eſt aduerſus quemuis facere omnia: ait enim, impingam tibi grandem, ſatis uerborum eſt, benè mihi habent principia. Tu conijcito cætera, 16 quid

1. Hæc cum exordia huius dialogi conueniunt.
2. Allegoria.
3. Recapitulatio.
4. Polyptoton.
5. Apoſtrophe.
6. Metaphora.
7. Prouerbium.
8. Diſcrimen officij Latini & Hiſpan.
9. Exclamatio.
10. Anteoccupatiõ per adagium.
11. Prouerbium.
12. Ab effectis, & fit Allegoria.
13. Adagium.
14. Ex ſuperiori prouerbio ſumitur occaſio digreſſionis quæ fit ad loquendum de aſſentatoribus.
15. Anaphora.
16. Ploce.

ego ex hac inopia nũc capiã,& quid tu ex iſthac copia.H.Iſtud iam habeo,& quo modo fiat.LA. Imo, quod aiunt: 1 Auribus tenes lupum.HI. 2 Imo, uix dum dimidium dixeras intellexi. Solet enim huiuſmodi loqui. 3 Dixi uobis in eo eſſe Atticam eloquentiam. Commodius eſſe opinor duplici ſpe utier. Non capitis eius res agitur, ſed pecuniæ. Quid ſi animam debet? Quid minus utile fuit, quàm hoc ulcus tangere? Ne me iſthoc poſthac nomine appellaſſes. Quid non is obſecro es, quem ſemper te eſſe dictitaſti? Poſtremô imperat ſibi omnia aſſentari: is quæſtus ſibi eſt multò uberrimus.L. 4 In eodem ludo hæſitas, uorſuram ſolues. Præſens quod fuerat malum in diem abijt: plagæ creſcunt, niſi proſpicis.H. Dic igitur tu melius.L. Non melius, plura tamen indicabo. Semper auget aſſentator: ueluti in his. Plurima ſalute Parmenonem ſuum ſummum impartit Gnatho. Tum autẽ ex his. Interea loci ad macellum ubi uenimus, 5 cõcurrunt læti mihi obuiam cuppedinarij, cetari, lanij, fartores, piſcatores, aucupes: quibus re ſalua, & perdita profuerã, & proſum ſæpe: 6 ſalutant, ad cœnam uocant: aduentũ gratulantur. 7 Vbi autem aliquis miſer, & famelicus uidet me eſſe in tantum honorem, & tam facilè uictum quærere: ibi homo obſecrat me, ut ſibi liceat diſcere id de me. Sectari iubeo, ſi pote, 8 tanquam Philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis uocabula, paraſiti itidem ut Gnathonici uocentur. 9 Aliquando uenuſtates, iniuriasq́; effingit,

1. *Adagium.*
2. *Andiſtrophô ab effectis.*
3. *Prouerbia innumera.*
4. *Alia prouerbia.*
5. *Ab adiunctis.*
6. *Ab effectis.*
7. *A diſſentaneis.*
8. *A ſimili.*
9. *Faceta.*

effingit: ut, eò ne es ferox, quia imperium habes in belluas? Aliquando etiam conciliator ſtudet eſſe, ut in hoc conuentu Phædriæ, & Chareæ. 1 Priùs audite paucis, inquit: quod cùm dixero, ſi placuerit, facitote. Tu concede paululùm iſthuc Thraſo. 2 Principiò, ego uos credere ambos hoc mihi uehementer uelim, me huius quicquid facio, id facere maximè cauſa mea: 3 uerùm idē ſi uobis prodeſt, uos nō facere inſcitia eſt. 4 Militē riualem recipiendum cenſeo. Cogita modo. 5 Tu herclè cum illa Phædria & libenter uiuis, 6 etenim benè libenter uictitas: & quod des, paululum: & neceſſe eſt multum accipere Thaidem, ut 7 tuo amori ſuppeditare poßit, ſine ſumptu tuo. 8 Ad omnia hæc, magis opportunus nec magis ex uſu tuo nemo eſt. 9 Principiò, & habet quod det, & dat nemo largius: fatuus eſt, inſulſus, tardus: ſtertit noctesq́; & dies: 10 neq; iſtum metuas ne amet mulier: facilè pellas ubi uelis. 11 Præterea hoc etiam, quod ego uel primum puto, accipit hominem nemo meliùs prorſus, neq; prolixius. 12 Vnum etiam hoc uos oro, ut me in ueſtrum gregem recipiatis. Et ego pro iſthoc, 13 hunc comedendum & bibendum uobis propino. Thraſo ubiuis accede. Iſti te ignorabant: 14 poſtquam eis mores oſtendi tuos, & collaudaui ſecundùm facta, & uirtutes tuas, impetraui. 15 Semper deniq; cibum quærit. Vnde meditatum dicere. 16 Sanga, ita uti fortes decet milites, domi, focíq; fac uiciſsim ut memineris. H. Ad te pri-

1. Captat beneuolentiam.
2. Antipophora.
3. A diſſentaneis.
4. Propoſitio.
5. Ab effectis.
6. Paronomaſia.
7. Aſſumptio.
8. Cōfirmatio aſſumption. à diſſentane.
9. Explicatio cōfirmationis ſuperioris ab adiūc. & effect.
10. Occurrit tacitæ obiectioni.
11. Aliud argumētum à diſſentaneis.
12. Apoſtrophe.
13. Metaphora.
14. Ab adiunctis.
15. Verba Latini.
16. Ab adiunctis, ſubiectis ars aſſentatoria vituperatur.

mas deferunt 1 omnes, & cum his planè conſentio. Tradamus nobis iam operas mutuas. 2 Sed ego mihi ceſſo, qui non humerũ hunc onero pallio, atq; hominem propero inuenire, ut hæc, quæ contingerint, ſciat. L. 3 Non mirum, aut nouum eſt, reuocari curſum, cũ inſtitueris? 4 Hoc profert Antipho reſupinans, & occipiens ire in gynæceum uia inſtar pollinis, qui ad fores ſuſpenſo gradu facilè ire perrexit, ſecumq; cogitans: quo ore redibo ad herum? dicet mihi, i hinc in malam rem cum iſthac magnificẽtia fugitiue? etiam credis tua facta ignorari? ſepultus ero. Et puerili ſententia idem aliquando luſit. 5 Nolo, uolo: uolo, nolo rurſum: cedo, cape: quod dictũ, indictum eſt: quod modò erat ratum, irritum eſt. Monſtri, ita me Dij ament, ſimile. 6 Nam qui amat, cui odio ipſus eſt, bis facere ſtultè duco: laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert. 7 Sed mihi Hiſpane, ſenes uideris imitari, qui 8 in ſenecta omnes attẽtiores ſunt ad rem, quàm ſat eſt. Da te hodie mihi: hodie modò hilarẽ te fac, exporrige frontẽ. H. Prima luce ibo hinc, & in hoc finem diſcendi facies. L. 9 Iſthoc uerbo animus mihi redijt, & cura ex corde exceſſit: 10 nam hanc maculam nos decet effugere. Quamobrem tu interim uale. 11 Dictum eſt uerè, & reipſa fieri oportet. HI. Hoc, quia effeciſti, 12 quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Domus item mea te præſente, abſente, patebit: inuocato erit locus ſemper. Gratiam habeo

1. A teſtimonio laudatur Latinus.
2. Apoſtrophe ad finem dialogi.
3. Sententia ſapientum.
4. Allegoricòs hæc dicuntur.
5. In hominem incõſtantem.
6. Sententia prudentum.
7. Apoſtrophe.
8. Hac ſentẽtia Latinus Hiſpanũ notat, ſicut fecit in proœmio.
9. Hoc dicit quia Latinus defeſſus erat dicendo.
10. Vt non ſimus tam prolixi, niſi aliorum cauſa.
11. Concluſio huius dialogi.
12. Singulares didendi formulæ.

 maximam:

*maximam: 1 nihil enim prætermiſſum. Imo re bene geſta, ex animo acta, dicam ipſe: plaudite. Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo. LA. 2 Ego à principio curaui, ſeduló docui, monui, bene præcepi, ſemper quæ potui omnia.*

*1. Aperta repetitio eorum, quæ Hiſpa. ſcire deſiderabat, vt à principio fuit propoſitum.*

*2. Finis epilogi reſpondet promiſſis Latini.*

*Finis.*

## Eiuſdem Michaëlis Ferrarij adnotationes aliquot.

EX communi hominum conſenſu facultates omnes natura, arte, & exercitatione perfici, nemini eſſe dubiũ intellexi: arteſq; vniuerſas, quæ ad humanitatem (vt iiſdem Ciceronis verbis vtar, quibus ille) pertinent, habere quoddam commune vinculum, & quaſi cognatione quadam inter ſe contineri, in oratione pro Archia Poëta legi. His igitur ita poſitis, tanquam optimarum ſcientiarum principijs, naturam imitati, vocabula Latinæ linguæ in volumen vnum prius retulimus, quò doctrinarum omniũ facilius & breuius per diuiſiones quaſdam ordine naturæ collectas elementa memoriæ mandarentur. Verũ cùm hæc eadem elementa, quæ artium vocabula ſunt, tantùm natura conſtarent impolita quidem, & ſeparata, ars aliqua neceſſariò adhibenda eadẽ naturæ methodo fuit, quæ ipſa vocabula conſtrueret, coniungeret, & necteret quibuſdam præceptis, & probatis regulis: quare ſeparatim coacti ſumus Inſtitutiones quaſdam, ſiue Anacephaleôſim tum in Grãmatica, tum etiam in Dialectica ſeparatim ſcribere: quæ, qualeſq; ſint, & quid ab alijs differant, aliorum eſto iudicium: indicabit facilè illarum docendi methodus, & operis ſubiectũ. Sed quoniam quæuis ars, quãuis perfecta, perfecta nunquã cenſeatur, quãdiu intacta, & ſine ſtylo eſt: vſu igitur Terentiano iam cernes ipſe, quiſquis es, nõ ſolùm artem Grãmaticæ Latinæ, & Dialecticæ: ſed etiam eloquentia Rhetoricæ (quam ab alijs acceptam referimus) confirmatam maximè, & comprobatam, vt iam ad harum facultatum perfectionem nulla alia re opus ſit conſequendã, niſi labore tuo. Ad hunc ergo librum accedes legendum his tribus artibus inſtructus, præſertim ſi alijs hoc opus tradere ſtudebis. Quòd ſi Grãmaticæ tãtùm Latinæ dederis operam, cura ſenſum ex oratione, vel ex periodo, aut clauſula eruere: nota etiam diligenter cuiuſq; orationum partis conſtructionem: memoriç manda loquendi formulas, vt Latinorũ more loqui poſsis. In quacunq; autem verſeris arte diſce ſapientiam, aut ex Prouerbiorũ varie-

tate, aut ex ipſa Morali philoſophia, quæ his ſcriptis antiquorũ conſuetudine continetur. Multorum enim ratione habita frequenter Proſopopœia vſi ſumus, ne inquã, & inquit, ſermo interponeretur ſæpe: aliàs hoc loquendi genus induximus: aliàs verò & maiores & præcipuas partes Hiſpanus, & Latinus, quorum propia eſt diſputatio, ſuſtinent. In omnibus tamen æqua eſt conditio, vt elaborandum ſummé putaremus potius de linguam Latinam diſcentiũ cõmodo, quàm de leporibus & facetijs Comœdiarũ Terentij transferẽdis. Alia enim res eſt ſeptrũ, alia verò plectrum. Quid? quòd huiuſmodi exercitiũ ſatis ſit principium nunc habuiſſe: temporis poſt longinquitas aliquando perficiet. Quapropter beneuolè petimus, quę tua ſint beneuolè etiam recipias, tanquam ramum aureũ: quæ verò alterius, ea veluti ſcorpionem fugias: vt tandẽ quiſq; iuſtitia & æquitate ſua vtatur. Hæc hactenus. Si autem diſſerendi artem, & benedicendi ſectaris, iam locos inuentionis, & diſpoſitionis, & aliqua notatu digna in margine inuenies: Tropos item, & figuras leges ibidẽ inſignes. Sed his nonnulla adijciam alia.

Quid? Vbi dubites.) Latinus ludit verba Hiſpani, vt oratio amplificetur, & aliud ex alio naſcatur, hoc autem fit ſumpta occaſione ab eo, quod dixit Hiſpanus, ſuam vitam eſſe in dubio: & meritò ita locutus eſt Latinus, quaſi aliud agens, recenſuit primùm cauſas, quæ literarum ſtudijs impedimento eſſe ſolẽt, ineptamq; eſſe & ad bonas diſciplinas, & ad virtutes vitã Epicuream acuratè docet: quia ſtatim de ratione ſtudij Latinus ipſe cum Hiſpan. acturus eſt. Hoc autem fit quaſi per digreſsionem.

Sed noſtri.) Admonet aſſuefaciendos eſſe auditores in ſtudijs, in quibus ardore aliquo amoris tenentur, præſertim honeſtis: vt deinde cùm opus ſit, non illos pigeat laborare.

Nam poſtquam.) Locus amplificatus elegans à contrarijs cauſis, vt ſolent Cicero, & Terentius facere. Hæc exercitatio plurimùm vtilis eſt ad comparãdam orationis copiam, & ad vehementius perſuadendum.

Quòd nequis.) In hac reſponſione animaduertendum eſt, quã Latinus repetierit alijs prorſus verbis labores, quos Hiſpanus ſumpſerat in diſcenda lingua Latina. Quam rem etiam fecerat Hiſpanus paulò antè, vbi ait: Alias res agis: nam non rogo. &c. Hæc autem ratio repetendi habet multum venuſtatis, & confert ei maximè, qui in ea ſe exercuerit, ad epilogos comparandos, ne auditoribus tædium pariat.

Atq; hic mihi.) Crebrò in exordio dubitationes proponũtur, vt diſſoluãtur, & ijſdem exordium amplificetur.

Auxiliarier.) Huiuſmodi verba, orationes aliquæ, nonnullæ constructiones, literæ etiam nonnullæ immutatæ in dictionibus multis in Terentij codice reperiuntur, eodem quoq; modo in hoc Dialogo eadem ſeruauimus: vt dũ hic qui intelligi debeant, teneas, in eiuſdem Terentij textu non ignores: quæ ſanè in oratione ſoluta non admittuntur.

H. Rem omnem.) Cùm Hiſpanus audiſſet Latinum dicentem de cauſis impedimenti ſtudijs literarijs, ſatisfactumq; eſſet Hiſpano à Latino in ea re, quã ipſe Hiſpa. dubitabat: ſuam ipſius conatur proferre de eadem dubitatione ſententiam Hiſpanus, & reddere ſolutionem. Quaſi velit dicere Hiſpanus: quandoquidem mihi reſpondiſti ob quas cauſas tibi Latine, videbatur poſſe detineri multos

ri multos annos in hac Grammatica, audi nunc me, ſi placet, & aperiã tibi cuius culpa ego non euaſerim Grãmaticus intra quatuor annos. ſed dubito quid didicerim, aut quid ſequi debeam: puto enim præceptorem meum eſſe in culpa, qui bene imperabat mihi, & multa, & pollicebatur grandia, ſed abſq; ordine, & ſine vſu: proinde ſcio quid facturus ſum: nempe te rogare, vt me linguã Latinam doceas. Ex ijs igitur, quæ dicta ſunt, apertè intelligitur, & ex ijs, quæ ab Hiſpano ſunt dicta, quomodo exordium hoc dilatetur, ſcilicet dubitatione duplici, & exemplo quodam, quemadmodum fecit M. T. Cicero in Lælio, & in Catone Maiore.

Tum temporis.) Hoc loco duo ponuntur prouerbia idem ſignificantia: ſed diuersè, cõmodè tamen expreſſa: quod alibi bis, aut ter fecimus, tum propter ornatum, tum etiam ne ex eis aliquod prætermitteretur.

Id propterea te obteſtor.) Videns Hiſpa. ſe eſſe luſum à ſuo magiſtro, rectè rogat Latinum: & ambo detinẽtur partim in perſuaſione, partim verò in tractanda vrbanitate.

Adeſto æquo animo.) Ex ſuperioribus ſumpta occaſione, meritò ſequitur Exordium, præſertim cùm agendum ſit de re inuiſa, magna, atq; inaudita, ſcilicet de traducendis ſex Poëtæ Terentij Comœdijs: ideo exordium hoc eſt cõcitatum valdè, continetq; omnes partes neceſſarias, ſimileq; eiuſdem Terentij Prologis.

Omnes cùm ſecundæ res.) Hic incipit ſecunda pars Dialogi, quæ eſt Narratio. Hæc autem dilatatur in occaſionem Narrationis, in diſputationẽ de ſtudijs, & Narrationem ipſam. Occaſio amplificatur exemplis contrarijs: durat hæc donec dicit, hanc orationem habere.

Seruire oportet.) Diſputatio de ratione regendi ſeipſum.

Incertus deniq; eſt.) Narratio, quæ dilatatur in laudes linguæ Latinæ, in recuſationem diſputationis, in modum tractandi diſputationem, & in diuiſionem eorum, quæ recitanda ſunt.

L. Hic aliquantulum ad rem auidior.) Tractatio, quæ eſt tertia pars huius Dialogi: dilataturq; in eas partes, quas commemoraui in Argumento huius operis: ſingulæ autem partes vt poſitæ fuerunt, explicantur, & confirmantur.

Miſerũ quem minus credere eſt.) Qui Dialecticus eſt, perpẽdat qui eruere debeat ſyllogiſmos Categoricos ex autoribus cognitis ijs præceptis, quæ ab Ariſto. traduntur tertia ſectione primi Priorum. Quærat primùm propoſitũ autoris, ſiue quæſtionem, de qua agitur: quam inueniet, ſi comparet antecedẽtia cum præſentibus & futuris. Sæpe quæſtio ſolet eſſe vbi aliquid concludi, aut colligi videtur, vbi aliqua eſt ex colligentibus coniunctio. Hac inuenta, quærat rationem, quæ frequenter aliqua ex reddentibus coniunctione notari ſolet. Verùm in hac exercitatione ſtylus, vſus, aut experientia certiorem magiſtrum te reddet. Hoc autem loco quæſtio eſt, Cliniam non eſſe miſerum: in quæſtione Clinia eſt ſubiectum: & miſer, dicitur attributum. Argumentũ ſiue medium, ſiue ratio ad hanc quæſtionem confirmandam eſt: genus, parentes, patria incolumis, amici, cognati, diuitiæ: medium hoc eſt ab adiunctis, quæ circũſtãt. Syllogiſmus ergo ſic nectitur: cuius propoſitio eſt. Omnis, qui habet quæ in homine dicuntur bona, parentes nempe, patriam incolumen, genus, cognatos, amicos, diuitias, non eſt miſer:

Aſſu-

Aſſumptio. Clinia autem habet hæc omnia bona:
Concluſio. Ergo Clinia non eſt miſer.

Valet autem hæc exercitatio ad intelligendum perfectius ſcriptores, ad augẽdas & excolendas animi dotes, ad ſcribendũ etiam & loquendum apertius de quauis quæſtione poſita.

Mitio, qui iam inde.) Vtile etiam de eadem re diſputare in contrarias partes, deinde ſolutionem inuenire: vt faciunt hi duo ſenes.

Nam vt tu ſcias.) Iuuat multũ ſe aſſuefacere in digreſsionibus conficiẽdis, habita præſertim ratione circunſtantiarũ: qualis eſt, quæ inde ſequitur.

Quam iniqui ſunt patres.) Oratio, qua Clitipho conqueritur de patre ſuo Chremete.

Hoccine.) Pamphilus cõqueritur de Simone ſuo patre. Ex ijs itaq; ſumere poteris exemplum, & ex alijs multis, vt orationes expoſtulatorias conficias. Habes etiã vnde capias exempla ad narrandũ, ad perſuadendũ, ad accuſandũ ad conſolandum, ad commendandum, ad alia tandem quæuis optima mentis curricula.

Quis igitur relictus eſt, Hiſpane.) Hic incipit Epilogus huius dialogi, quarta nempe & poſtrema pars, quæ dilatatur à diſſentaneis in commoda, quæ ex hoc opere Hiſpano nata ſunt: in repetitionem eorum, quæ dicta fuere: in digreſsionem, in qua agitur de ſcurris: & concluſionem eorum, quæ iam fuerũt acta.

Fol. 27. pag. 2. à linea prima vſq; ad nonam in fine cuiuſq; lineæ ſic lege. In fine paginæ, mercatus. 2. victum, ves. 3. Chæ. 5. Chæream. 6. præterea. 7. pro. 8. excitas. 9. cognos.

Finis.